



UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY



3 1761 00889825 6

UNIVERSITY  
OF  
TORONTO  
LIBRARY







LL  
F9355sG

IVLI FRONTINI  
STRATEGEMATON

LIBRI QVATTVOR

EDIDIT

GOTTHOLDVS GVNDERMANN



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXVIII

4336P  
7/11/98

LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEUBNERI

## PRAEFATIO.

---

§ 1. Strategematon codicum, quotquot innotuerunt, duo sunt genera, quorum alterius eiusque melioris tria supersunt exemplaria, alterius magnus numerus exstat assecularum (cf. Commentationes philologiae Ienenses I (1881) p. 86 sq.). Atque prioris generis unus testis integer, sed perquam negligenter scriptus est cod. Harleianus 2666 (*H*), cum cod. Gothanus I. 101 (*G*) et cod. Cusanus C. 14 (*C*) tantum excerpta praebeant. Pendent ei ex libro, qui, quamvis erroribus lacunisque non uacuis fuerit, tamen diligentissime scriptus etiam uoces mutilas summa fide conseruatas exhibuisse putandus est. Nondum adhibitum erat hoc genus: nam Andreas Dederich, etiamsi cod. Gothani notitiam habuit (cf. ed. 1855 praef. p. XI), tamen quanta eius esset auctoritas non uidetur intellexisse. Lectiones autem, quae in margine editionum Hittorpianae (Coloniae 1524) et Wecheliana (Parisiis 1532) adscriptae exstant (1, 1, 8 profectionis suae sensus 1, 4, 1 captiuos lateri 1, 5, 11 similibus 1, 7, 2 consternerentur 1, 10, 1 per singulos 1, 11, 2 parata 3, 16, 3 datur pollicitus 4, 6, 4 deductum) quaeque si non ex ipso Harleiano, certe ex codice aliquo ei simillimo depromptae sunt, editores immerito neglexerunt. Exoptatis his adminiculis adscitis multa exempla mendis adhuc residuis purgantur atque emendationes uirorum doctorum haud paucae comprobantur.

Alterum genus ut locis, in quibus prioris generis testes misere delirant, non semel opem fert, ita fide illud non aequiperat. Huius ex codicibus unum aduocauit Parisinum 7240 (*P*), quippe qui reliquos (*d*) auctoritate longe superet. Ortum autem est hoc genus

ex codice, quem librarius suo arbitrio locis permultis correxerat uel potius corruerat: nam contra consuetudinem Frontini (cf. infra § 12) particulam ut addidit p. 7, 18. 15, 4. 35, 22. 41, 7; grauius uero est, quod ipsam orationem seu temeritate seu studio inductus corrigendi saepenumero mutauit. Quam rem ut facilius cognoscere possis, paucos locos adferam, quibus sinceram lectionem aut uerae lectionis uestigia priore genere retineri intelleges:

	<i>H (G)</i>	<i>P</i>
p. 6,20	e re publica esset	cuperet
12, 2	captiuos lateri	captiuis latera
40,13	egressumque	aggressusque
55, 3	qui — tenebant	quae — tenebantur
56,25	odore	horrore
66,26	securatique	securi curatique
67,10	CCL equites	CCD equites
67,17	infestauerunt	infestarent
69, 8	ducemq:sacen	ducesacen
83,12	ignobiles — plebeios- que	ignobilibus — p̄beios
85,18	in utraque — latera	in utroque — latere
106,24	inuenerat	uiderat
110,12	paucas eo	aut caseo
111,27	datur pollicitus	datis pollicitis
131,18	deea re pecunia quae	dare poecuniam. qua
140, 7	recipientibus	incipere
143,13	nere	redire

Utumque genus ab eodem natum est archetypo, in quo folium unum uel duplex partem libri secundi amplexum (2, 9, 7 continuerunt se intra castra — 2, 12, 2 turmales secundum consuetudinem) suo loco motum insertumque erat extremis foliis inter uerba 4, 7, 42 cum in agmine milites || et || continere uellet, ita ut uerba 2, 9, 7 quarum metu illi conciperentur uerbis 2, 12, 2 aduentarent recepit aciem . . . uicti sunt. Quem hiatum cum iam is qui



codicem *P* exaravit animaduertisset (cf. § 5), saeculo fortasse decimo tertio librarius suppleuit ita digestis exemplis, ut plerique codicum recentiorum eosque secutae editiones adhuc omnes exhibent: uerbis igitur 2, 9, 7 quarum metu illi con adnectebantur uerba 2, 12, 2 aduentarent . . . uicti sunt; sequebantur integra exempla 2, 10, 1—2. 2, 11, 1—7. 2, 12, 1; tum 2, 12, 2 usque ad uerba secundum consuetudinem, quibus uerba 4, 7, 42 continere uellet . . . habuit adiungebantur, sequentibus integris exemplis 2, 12, 3. 4. 2, 13, 1 sq.; uerba autem 2, 9, 7 continuerunt se intra castra — 2, 9, 10 uicti sunt tamquam pars libri quarti post uerba 4, 7, 42 cum in agmine milites relicta erant, ut exempla 2, 9, 8—10 signarentur 4, 7, 43—45.

Quam perturbationem postquam Fridericus Haase (Rhein. Mus. III (1845) p. 312 sq.) explicare coepit, acriter perspecta origine erroris Hedickius (Hermes VI (1872) p. 156 sq.) pristinum exemplorum ordinem, quem nunc legis, restituit.

Idem archetypus lacunis iam hiabat non infrequentibus, uelut p. 18, 1. 25 (coll. p. 130, 4). 19, 20. 29, 23. 103, 10. 111, 27; atque glossemata lectionesque duplices (cf. infra § 13) continebat.

Praeter strategematon libros in eo uidetur Eutropi breuiarium fuisse, quoniam in antiquissimis utriusque generis codicibus (Gothano I. 101, Parisino 7240, Parisino 5802, Harleiano 2729) cum eis traditur; post saeculum demum decimum tertium librarii Vegetium cum Frontino in uno codice coniunctum exarabant.

§ 2. *H* = codex Harleianus 2666 saeculo IX uel X exaratus 37 foliis membranaceis (31 cm. × 22 cm.) constat, quorum singulae paginae 36 uersus continent (cf. Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum. Part II. Latin. London 1884 p. 72; ibidem in tab. 56 imago scripturae exhibetur). Librarius negligentissime munere suo functus multa perperam

scripsit atque litteras, syllabas, uerba omisit: nonnulla quidem ipse correxit, plurima tamen altera manus (*h*) eiusdem fere aetatis, quae deterioris generis exemplar adhibebat, ut apparet ex his locis:

p. 50, 6	segnitiem <i>hP</i>	segnitiam <i>H</i> <sup>1</sup>
67,10	CCD <i>hP</i>	CCL <i>H</i> <sup>1</sup>
73,16	Romana <i>hP</i>	Romanorum <i>H</i> <sup>1</sup>
84, 8	desponsata <i>hP</i>	desponsa <i>H</i> <sup>1</sup> <i>G</i>
86, 1	parceretur <i>hP</i>	pateretur <i>H</i> <sup>1</sup>
90, 2	biduo <i>hP</i>	dubio <i>H</i> <sup>1</sup> <i>G</i>
94, 9	perfugerant <i>hP</i>	fugerant <i>H</i> <sup>1</sup> profu- gerant <i>G</i>
100,16	sexcentos <i>hP</i>	sescentos <i>H</i> <sup>1</sup>
128, 9	ad appetendam <i>hP</i>	ad petendam <i>H</i> <sup>1</sup> <i>G</i>
134,18	idem <i>h</i> idē <i>P</i>	id est <i>H</i> <sup>1</sup> <i>G</i>

Rasorio autem cum saepius ac diligentius corrector uteretur, factum est, ut in aliquot locis, qui codicibus *GC* non traduntur, solum testimonium alterius generis relinqueretur.

Sed non tantum ad exemplaris fidem ille librum correxit, uerum etiam medicinam a semet ipso paratam attulit sanauitque uitia quaedam feliciter, uelut p. 74, 25 auxiliares (-ibus *H*<sup>1</sup>*P*) 75, 11 id (ad *H*<sup>1</sup>*P*) 101, 4 ducente loris (ducem (duce *P*) teloris *H*<sup>1</sup>*P*) 104, 5 aceruis (acerbis *H*<sup>1</sup>*P*); plures tamen locos pessime corrupit, uelut:

p. 57,16	cumpluribus	compluribus <i>H</i> <sup>1</sup> <i>P</i>
58, 3	fidenates	fidenas <i>H</i> <sup>1</sup> <i>P</i>
64,11	romani unius	mani unius <i>H</i> <sup>1</sup> iam iunius <i>P</i>
68,11	uimineae	uina <i>H</i> <sup>1</sup> bina <i>P</i>
75, 4	auxilia	exilia <i>H</i> <sup>1</sup> ex Sicilia <i>P</i>
77,18	raptim	raptum <i>H</i> <sup>1</sup> <i>P</i>
98,16	pontes	fontes <i>H</i> <sup>1</sup> <i>P</i>
108,13	columbas	columbis <i>H</i> <sup>1</sup> <i>P</i>
128,20	armatorum	armarum <i>H</i> <sup>1</sup> <i>G</i> armo- rum <i>P</i>

p. 137, 22 praedictum perdictam  $H^1$  per-  
diccam  $GP$

Quae cum ita sint, ne his quidem locis, ubi *h* cum *G* conspirare uides:

p. 90, 14 duillius  $hG$  duellius  $H^1P$   
119, 17 pedem  $hG$  pedes  $H^1$  peditem  $P$

exemplar prioris generis correctorem adhibuisse, sed casu in idem incidisse nescio an recte suspiceris.

In rebus orthographicis *h* permulta mutauit: nam incolomis, urgere, alia correxit; praepositiones autem paene omnes uerbis adsimulauit, ut affirmare, accredi uel aggredi, applicare, assidue, compellere, collocare, immittere nunc legatur.

Exemplorum litterae initiales alternae atramento et rubro colore exaratae sunt: quasdam uero cum librarius colore pingere omisisset, corrector suppleuit, uelut p. 41, 3. 15. 18. 42, 12. 21. 43, 2. 9. 20; quod cum non magni momenti uideretur, in adnotatione commemorare nolui; eo tamen modo fieri potuit, ut praenomina quorundam ducum in hoc codice mitterentur, cf. p. 41, 18. 140, 26.

Simili fortasse ratione ea praenomina, quae solus Frontinus a ceterorum scriptorum memoria discrepans quibusdam ducibus indit (cf. p. 14, 17. 72, 21. 82, 11. 98, 18), librorum incuria iam in antiquis exemplaribus mutata sunt.

Huius codicis lectiones et integras et correctoris calamo temptatas quae aliquo modo memorabiles esse uidebantur protuli omnes, enixe curans, ne quod testimonium melioris classis omitteretur.

§ 3.  $G$  = codex Gothanus bibliothecae ducalis numero I. 101 signatus foliis constat 49 (i. e. 48 + fol. 15<sup>b</sup>) membranaceis (30 cm. × 21 cm.), quorum in singulis paginis uersus triginta exstant. Insunt fol. 1<sup>r</sup>—8<sup>n</sup> breuiarium Festi, fol. 9<sup>r</sup>—39<sup>r</sup> breuiarium Eutropi, fol. 39<sup>r</sup>—48<sup>n</sup> excerpta ex libris Frontini. Scriptus est liber saeculo IX duabus manibus, quarum altera par-

tem priorem ad fol. 35<sup>r</sup> u. 19 reformauit (= Eutr. 9, 20), altera reliquam partem exarauit. Fol. 48<sup>u</sup> manus paulo recentior, quae in Eutropii libris multa correxit, scripsit Utilis iste liber si correctus foret esset. mpdpf<sup>a</sup>bllbck (= modo fallaci). (cf. H. Droysen, Eutropi ed. mai. Berolini 1879. pag. II). — Series excerptorum Frontini haec est: liber quartus integer, cuius in calce exempla 2, 9, 7 extr. — 2, 12, 2 adduntur; sequitur praefatio libri primi et 1, 1, 1—2; deinde praefatio libri secundi et 2, 1, 1—3; denique praefatio libri tertii et 3, 1, 1—3, 3, 7. Librarius frequenter uerba perperam distinxit (4, 1, 2 assae lixae 4, 1, 7 acme noneratur 4, 7, 26 castrarum morem 4, 5, 17 sere colligisset) et compendia male soluit (4, 1, 24 hiemen 4, 1, 43 inermen 4, 1, 26 coñs. (c. H) 4, 5, 14 cladium (c. H). — Imaginem scripturae lithographicam dederunt Fr. Jacobs et F. A. Ukert (Beiträge zur älteren Litteratur. Leipzig 1835. I, tab. 3; cf. ibid. I p. 229. III p. 215 sq.).

§4. C = codex Cusanus C. 14. membranaceus (278 mm. × 200 mm.) saec. XII bipertitis paginis exaratus praeter alia multa (cf. Joseph Klein, Über eine Handschrift des Nicolaus von Cues. Berlin 1866 p. 6) excerpta ex Frontini strategematon libris continet fol. 17<sup>u</sup>—18<sup>u</sup>:  
 EX LIBRIS IULII FRONTINI STRATEGEMATON. Si qui erunt quibus . . . . opprimendus hostis sit (= praef. I, pag. 2, 24—pag. 3, 5); sequuntur exempla 1, 1, 12. 13. 4. 1, 2, 7. 1, 5, 1. 1, 6, 4. 1, 7, 2. 3. 1, 8, 8. 1, 10, 4. 1, 11, 5. 8. 19. 1, 12, 1. 5. 12. 2, 1, 1. 2. 13. 17. 2, 2, 2. 2, 5, 41. 2, 6, 3. 2, 8, 6. 7. 11. 2, 9, 6. 7. 2, 13, 2. 3. 8. 3, 7, 6. 3, 9, 6. 4, 1, 3. 5. 17. 29. 35. 36. 38. 42. 45. 4, 3, 1—3. 9. 10. 12. 4, 4, 1—2. 4, 5, 12. 13. 4, 7, 1. 4. 10. 14. 15. 37. 2, 11, 2. — Tum: Multiplici bonorum ducum magnificentia iusticiaeque fama copiosa mox acquiritur gloria. Hasdrubal frater hannibalis africae imperator gisgonis filius. NOMINA DVCVM

SECVNTVR. Themistocles. Pericles. Agesilaus... Duellius... Euthidas.... Harrybas.... Conon. Is nominum index non ad exempla excerpta pertinet, ordinem tamen librorum capitum exemplorum tuetur. — Exempla pauca traduntur integra, pleraque praecisa et mutatis uerbis contracta sunt; fluxerunt tamen ex libro optimae notae. — Collatione huius codicis usus sum quae exhibetur l. l. p. 87—91.

§ 5. *P* = codex Parisinus lat. 7240 (Colbertinus 3001, Regius 4940. 3) saeculi X exeuntis uel XI ineuntis foliis constat 40 membranaceis (338 mm. × 236 mm.), quorum singulae paginae uersus 41 continent. Manus saec. XVI in imo margine fol. 1<sup>r</sup> scripsit Frontini strategemata Eutropii Breviarium ἀτελέσ signauitque quaterniones: fol. 1<sup>r</sup> I, 9<sup>r</sup> II, 17<sup>r</sup> III, 25<sup>r</sup> IIII, 33<sup>r</sup> V; ab ipso tamen librario idem quaterniones signati sunt: fol. 8<sup>u</sup> X, 16<sup>u</sup> XI, 24<sup>u</sup> XII, 32<sup>u</sup> XIII, 40<sup>u</sup> XIII, unde apparet nouem quaterniones priores interiisse. Fol. 1<sup>r</sup> incipit Frontinus nullo titulo Cum ad instruendam rei militaris scientiam...; explicit fol. 25<sup>u</sup> uerbis interritos milites habuit. Quarta fere pars folii 25<sup>u</sup> et totum folium 26<sup>r</sup> scriptura uacant. Fol. 26<sup>u</sup> IVLII FRONTINI STRATEGEMATON LIBER QVARTVS EXPLICIT INCIPIT BREVIARIVM EVTROPII. DOMINO VALENTI....; folium 40<sup>u</sup> finitur uerbis Gallienus cum adolescens factus esset (= Eutr. 9, 8, 1): reliqua igitur cum ultimis foliis perierunt; eandem fortunam quaternio XIII aegre uidetur fugisse, cum fol. 33<sup>r</sup> et fol. 40<sup>u</sup> scriptura admodum detrita sit. (cf. Eutropius, ed. Franciscus Ruehl. Lipsiae 1887, p. VI). Frontini exempla 2, 9, 7 extr. — 2, 12, 2 in fine libri quarti leguntur, sed fol. 14<sup>u</sup> post uerba quarum metu illi cum (=2, 9, 7) aduentarent.... uicti sunt (=2, 12, 4) librarius adscripsit DVO CAPITVLA SVNT REQVIRENDA.

§ 6. Nota *d* omnes codices deterioris generis prae-

ter codicem *P* comprehendi, maximam partem saeculo XIV uel XV exaratos. Eorum uetustiores melioresque sunt Harl. 2729, Oxoniensis-Lincolniensis 100, Parisinus 5802, Gudianus 16, de quibus egi in Commentationibus phil. Ienens. I, p. 97 sq. quorumque lectiones attuli ibid. p. 111 sq. et p. 136. In his autem codicibus quamquam hic illic exempla leguntur emendatiora, tamen non sinceram lectionem seruata, sed corruptam operarum doctorum postea demum correctam esse tantum non ubique manifestum est. Quod cum ita esset, ne adnotatio nimis adiresceret, una nota *d* signare satis habui lectiones undecumque collectas.

Catalogo autem codicum strategematon, quem dedi in Commentationibus p. 93—110, accesserunt hi codices:

- 1) Parisin. lat. 18104 saec. XIII fol. 186<sup>u</sup>—187<sup>u</sup> excerpta ex quattuor libris continet.
- 2) Lambethanus (Londinensis) 752 saec. XIV: Frontinus. Vegetius.
- 3) Oxoniensis in bibl. Bodleiana Auct. J. 3. 1. saec. XV. Vegetius. Frontinus.
- 4) Phillippsianus (Cheltenhamensis) 8533 saec. XV.
- 5) Phillippsianus 23619 saec. XV.
- 6) Phillippsianus 3706 saec. XV Frontini strategemata et commentarium de aquaeductu continens.
- 7) Cantabrigiensis in collegio S. Trinitatis (Gale ms.) O. 9. 21 saec. XV.
- 8) Burneianus 232 saec. XV: dicta et facta (ex Frontino excerpta).
- 9) Plantinianus (in museo Plantiniano Antwerpiae) 38 saec. XIV.
- 10) Bononiensis bibl. uniuersit. 2249 (159) saec. XIV.
- 11) Florentinus bibl. nationalis lat. XIX. 9. 95 saec. XV.

Codicum strategematon mentio fit a) Corbeiensis (a. 1149?), cf. Ph. Jaffé, bibl. I (1864) p. 328. b) Werdinensis, cf. Haupt, Zeitschrift I (1841) 321. c) Lareshamensis (saeculo XI uetustioris), cf. G. Becker, Catalogi (1885) 37, 433. d) Beccensis (saeculo XII uetustioris), cf. l. I. 86, 76.

§ 7. *Paulus* cum Eutropi breuiarium augetet (cf. H. Droysen, ed. mai. p. XXXIX et p. 48: 53. 54. 59), quinque strategemata Frontini (4, 5, 4 = P. 3, 6; 2, 2, 7 = P. 3, 10; 4, 5, 5—6 = P. 3, 10; 2, 11, 5 = P. 3, 15) exscripsit, illius tamen uerbis adeo non seruatis, ut

uix constet, utro a genere codicum steterit liber quo utebatur: nisi conicias melioris eum classis fuisse coll. P. 3, 10 (incederet  $V^1NLZ$ —incideret  $HV^2$ ) cum Front. 2, 2, 7 (incederet  $H^1$ —incideret  $hP$ ). Ibidem Aufidum amnem (Front. l. l. Volturnum amnem) in exemplari suo Paulus haud dubie non legit, sed uel suo Marte ita correxit uel aliorum libris adscitis, sicuti etiam P. 3, 6 (= Ps. Front. 4, 5, 4) nomen regis Vitrodomari aliunde addidit.

*Johannes Paruus Saresberiensis* libro, qui inscribitur Polieraticus siue de nugis curialium et uestigiis philosophorum, multa strategemata inseruit: 5, 7 = Front. 4, 6, 3. 2, 11, 6. 5, 4, 4, 1. 2, 2, 11, 7. 4, 3, 1. 3—5. 7—15. 3, 18, 1—3. 6, 4 = Front. 4, 1, 5. 3, 6, 7 = Front. 4, 1, 4. 6, 11 = Front. 4, 1, 1. 2, 6. 7. 9. 15. 4, 5, 20. 18. 19. 21—23. 6, 12 = Front. 4, 1, 22—25. 18. 17. 39—41. 34—36. 42. 16. 4, 5, 2. 4, 1, 43. 44. 4, 2, 4. 9. 8, 14 = Front. praef. 1 (p. 2, 25 sq.). Hausta ea esse ex libro deterioris classis, locis ubi Johannes cum codice *P* conspirat non paucis comprobatur, uelut 5, 7 = 2, 11, 6 desponsata (*GH* desponsa); ib. = 4, 3, 15 prouinciam (*GH* prouincias); ib. = 3, 18, 3 Hidum (*H* Idem); 6, 4 = 4, 1, 3 delectori (*CGH* dilectatori); 6, 11 = 4, 5, 20 centum (*GH* ducentis); 6, 12 = 4, 1, 18 redegit ad (*GH* redegit pedites ad); ib. = 4, 1, 39 uirgis (*GH* uirgas); 6, 14 = 4, 24 innumeras (*GH* innumerabiles). Quae rectius apud eum leguntur (5, 7 = 4, 4, 1 retentis pro repetendis; 6, 13 = 4, 1, 44 qui eam pro quam) non tam libro, unde exscripsit, quam ingenio ipsius debentur: nam ne reliqua quidem ad fidem libri rettulit, cf. 6, 12 addixit securi = 4, 1, 36 securi percussit; 6, 12 benignius = 4, 1, 16 lenius; 5, 7 demum socios ad cenam uocabat = 4, 3, 7 demum ad cenam uocabat. Quod cum ita sit, etiam 6, 12 uicenos sorte ductos = 4, 1, 35 sorte ductos numerus ille in Romanorum suppliciis, quantum accipi-

mus, insolitus (cf. J. Marquardt, Roem. Staatsverw. II (1876) p. 553) Johannis cura additus censendus est.

*Petrus Blesensis* in epistulis quae profert strategemata Frontini (*ep. 59* = Front. 4, 7, 4; *ep. 69* = Front. 4, 5, 2. 4, 1, 17. 34. 35. 42. 16. 4, 5, 20. 18. 21. *ep. 86* = Front. 4, 3, 9. 10. *ep. 94* = Front. 4, 1, 15), ea ex Policratico Johannis sumpta esse et ordo et uerba demonstrant.

*Marinus Sanutus Torsellus* in libro, qui inscribitur *Secreta fidelium crucis* (cf. Bongars, *Gesta Dei per Francos*. tom. II. Hanoviae 1611), cum saepe Frontinum laudat tum in lib. III part. XV capp. 1—15 quaedam capita paene integra cum ipsis titulis transcripsit, codice usus deterioris classis.

*Bartholomaeum Urbinatem* in libro de bello spirituali nondum edito strategemata proferre Fridericus Haase in exemplari suo notauerat, ut Otto Rossbach benigne me docuit. Quod opusculum in codice Parisino lat. 14436 saec. XV (fol. 1<sup>r</sup>: Incipit tractatus de re bellica spirituali per comparisonem temporalis. Editus a fratre Bartholo de urbino ...) aliisque traditum cum perlustrarem, mox intellexi nihil lucri Frontino afferri magna turba strategematon a Bartholomaeo excerptorum.

Praeter hos etiam alios libros editos necdum editos excerptis Frontini illustratos exstare quamquam haud negauerim, tamen ualde dubito, num ullum exemplum inde possit emendari.

§ 8. Iulio Frontino (errore scilicet librarii codex *G* in titulo libri III et in praef. libri I bis Praefatio Frontonis exhibet) praenomen *Sexto* non inditur nisi codice *P* in titulo libri II. Qui titulus cum in codicibus *HGC* omissus sit, certum quidem iudicium ferri nequit, fueritne praenomen in archetypo necne. Collata tamen condicione codicis Oxoniensis-Lincolniensis (cf. § 6) aliorumque eiusdem classis non uilium, qui praenomen non agnoscunt, cum auctoritati codicis *P* dif-



fiderem, illud uno tantum loco traditum admittere non ausus sum. Librariorum autem studio factum est, ut in recentioribus codicibus tantum non omnibus ad reliquos quoque titulos praenomen Sexti transferretur. Atque id neque in ceteris Frontini libris qui exstant (cf. Iuli Frontini de aquis urbis Romae libri II rec. Fr. Buecheler 1858. Die Schriften der roem. Feldmesser herausgeg. von F. Blume, K. Lachmann und A. Rudorff 1848. I p. 1, 1. 18. 26. 3, 16. 9, 20. 10, 19. 26, 3. 71, 1. 403, 20. 415, 9) legitur neque ab auctoribus traditur, qui Frontini mentionem faciunt (cf. Tac. hist. 4, 39, Agr. 17. Mart. 10, 48, 20. 10, 58. Plin. epist. 4, 8, 3. 5, 1, 5. 9, 19, 1. 6. Aelian. Tact. praef. 3 (et 1, 2?). Veget. 1, 8. 2, 3. Laur. Lyd. de magistr. 1, 47. 3, 3. Gargilius Mart. 4, 1(?) apud A. Mai, Auct. class. I, p. 410): fuisse tamen Frontino praenomen Sexto inscriptionibus satis constat (cf. CIL III p. 862. VIII, 7066. Henzen 6545. Wilmanns 1194<sup>a</sup>. Fabretti 7, 404.)

Scriptis Frontinus tres libros *strategematon*, non *strategematicon*: quod monstrum uocis (cf. p. 1, 8. 2, 25. 3, 2. 115, 2) ortum uidetur in titulo libri quarti, ubi pro *strategicon* (cf. p. 115, 8) correctum *strategematon* in antiquo exemplari indeque correctione male intellecta ab eo qui descripsit fictum conicio *strategematicon* (= *strategi<sup>emat</sup>con*).

*Quartum* qui fertur librum *strategematon* non a Frontino conscriptum, sed ab alio postea adiectum esse praefationemque libri primi uerbis Si qui erunt — posuimus ab eodem auctam esse dilucide demonstrauerunt Curtius Wachsmuth (Rhein. Mus. XV (1860) 574—583) et Eduardus Woelfflin (Hermes IX (1876) 72—92). cf. Quaestiones de Iuli Frontini strat. libris scripsit G. Gundermann. cap. I.

§ 9. Adiecto iam libro quarto corpus *strategematon* nouis auctum est exemplis 1, 3, 7. 1, 7, 4. 1, 7, 7. 1, 11, 15. 2, 3, 11. 2, 4, 14. 2, 4, 19. 2, 8, 5. 2, 8, 9.

2, 11, 6. 3, 4, 2. 3, 4, 4. 3, 7, 5. 3, 12, 3. 3, 13, 3—5. 3, 15, 2. 4, 3, 10. 4, 7, 11 exemplisque genuinis 1, 2, 6. 1, 11, 13. 2, 3, 7. 2, 5, 31 et 34. 2, 9, 2. 4, 5, 14 insertae uel adnexae sunt librarii nescio cuius adnotationes. (cf. etiam infra § 13.)

Contra uix suspicionem uidentur habere exempla 1, 2, 4. 1, 8, 6. 1, 11, 11—13. 2, 3, 18. 2, 5, 31. 3, 9, 3. 4, 1, 14 nec uerba secundum Homericum . . . recipiuntur 2, 3, 21 et sed — uictores 2, 6, 10. cf. Quaestiones cap. III.

§ 10. Nonnulla exempla bis tradita sunt; et eisdem quidem uerbis repetita altero loco sunt haec: 1, 5, 12 = 4, 5, 8; 1, 5, 13 = 1, 1, 11; 1, 5, 14 = 4, 5, 9; 1, 5, 15 = 4, 5, 10; 1, 11, 3 = 4, 5, 11; 1, 10, 1 = 4, 7, 6; 4, 7, 40 = 2, 4, 15; 4, 7, 41 = 2, 4, 16; paucis mutatis eadem res narratur 1, 4, 9 et 1, 4, 9<sup>a</sup>; 1, 5, 10 et 3, 9, 9; 1, 5, 24 et 2, 12, 4; 2, 8, 11 et 4, 1, 29; 3, 16, 1 et 4, 7, 36; 3, 9, 6 et 3, 11, 3; 4, 2, 5 et 4, 2, 7. cf. Quaestiones cap. II.

§ 11. Multa autem Frontinus ita refert, ut a ceteris scriptoribus magis minusue dissentiat: eorum sane quaedam librariorum incuriae imputabis (ut p. 54, 9 rutilius pro rullus); praenomina ducum maxime initio exemplorum posita (ut p. 14, 17. 72, 21. 82, 11) idemne mutauerint an ita reliquerit auctor, incertum est (cf. § 2). Sed differentiarum aut, si mauis, errorum tantus numerus exstat cum in rebus (ut 2, 4, 5. 3, 4, 1. 3, 9, 2. 4, 1, 38. 4, 1, 44. 4, 3, 6) tum in nominibus traditis (uelut 1, 2, 7. 1, 4, 1. 1, 12, 3. 2, 2, 7. 2, 4, 12. 2, 5, 7. 2, 5, 8. 2, 7, 11. 2, 8, 2. 2, 9, 6. 3, 3, 4. 3, 6, 7. 3, 7, 4. 3, 9, 4. 3, 10, 4. 4, 5, 1 — non 3, 2, 11), ut dubitari nequeat, quin ipse longe plurimos commiserit uel auctores, quorum ex libris ille exempla collegit. Cf. Quaest. cap. IV.

§ 12. Cum longum sit, de consuetudine Frontini hic agere, adnotationes quasdam paucis liceat supplere: p. 7, 18 ut contra usum in *P* additur, nam cum uerbis rogandi solus coniunctiuus coniungi solet; cf. p. 13, 13.

25, 24. 33, 15. 58, 22. 68, 26. 93, 8. 101, 14. 106, 16.  
 — p. 16, 24 habebat iniuria tuetur Hartel, cum  
 parenthesis ab auctore, qua est breuitate, non adhibea-  
 tur; uerba enim p. 79, 28 nam . . . erat aliena sunt.  
 — p. 19, 5 cum editionibus prioribus inflexit dedi,  
 quia praesenti historico auctor numquam utitur. —  
 p. 53, 25 in trucidabant pluralis sollemne codicum  
 uitium uidetur, cf. p. 30, 13. 31, 15. 16 al.

§ 13. Vestigia *duplicum lectionum*, quae iam in  
 omnium codicum archetypo exstabant, seruata uidentur  
 his locis: 61, 20 deptulit *H*<sup>1</sup> detulit *P*; 66, 2  
 quiescentēs *H* quiescentes *P*; 83, 26 alias et  
 nobilis *HP*; 134, 11 causae deductum *HG* causa  
 eductum *P*; 140, 3 galei oculis *HG* galeiculis *P*.

*Glossemata* inter uerba auctoris immixta leguntur  
 47, 10. 52, 26 (exgentes = sexcentos). 60, 2. 61,  
 21. 133, 20. 134, 18. 143, 16; fortasse etiam 73, 16  
 Romanorum et 142, 12 secreto. De aliis addita-  
 mentis recentioribus cf. § 11.

§ 14. Supplementa adnotationis addenda sunt his  
 locis: p. 3, 16] deficiemur scripsi cum uestigia  
 codicis *H* secutus, tum quia futuro tempore in titulis  
 auctor uti solet, cf. p. 3, 25. 38, 21. 39, 1. 88, 15. 89,  
 5. 14. — p. 11, 13] se uexarent coni. Wachsmuth. —  
 p. 14, 30] cf. Polyaen. 4, 2, 8; uidetur Bosphorus intellegi.  
 — p. 15, 25] conicio traiciendum haberet  
 aut necesse haberet traicere (sic uerba collocanda  
 sunt coll. p. 20, 13. 28, 1. 31, 10), nam necessitas trai-  
 ciendi Sertorio imposita est. — p. 29, 25] infirmis  
 propter praepositionem cum natum uidetur, cf. p. 20, 12.  
 — p. 33, 5] purpurea et promissa coma Wachsmuth.  
 — p. 33, 15] adorabat Wachsmuth. — p. 34,  
 12] quorum — tegitur delere mauult Wachsmuth. —  
 p. 36, 9] ostendit Wachsmuth. — p. 41, 1] anhelantem  
 retinendum uidetur, coll. p. 69, 23 — 25. —  
 p. 52, 21] Palaepharsali recte edd., nam pluralis  
 nusquam legi uidetur. — p. 52, 26] exingente

glossema est (= sexcentos): D apud Eutr. 6, 20. Oros. 6, 15, 23. — p. 63, 25] in radicibus Wachsmuth. — p. 66, 8] exempla 2, 5, 31 et 34 aliena putat Wachsmuth. — p. 72, 12] praelassatos pro lassatos ortum uidetur repetita praepositione ex priore uoce; cf. p. 39, 3. 79, 21. — p. 74, 3] exemplum 2, 6, 10 alienum putat Wachsmuth. — p. 86, 5] moratos scribendum recte monet Wachsmuth. — p. 127, 16] armorum coni. Wachsmuth; cf. Beloch, die Bevölkerung der griech. und röm. Welt S. 548 Anm. 2.


Emendationes, quas Modius [*Mod.*], Stewechius [*Stew.*], Tennulius [*Tenn.*], Casaubonus [*Casaub.*], Salmasius [*Salm.*], Gronovius [*Gron.*], Scriuerius [*Sér.*], Buherius [*Buh.*], Oudendorpius [*Oud.*], alii excogitauerunt, omnes laudatas inuenies in altera editione Oudendorpiana (Lugd. Bat. 1779). Hoc deinde saeculo in emendandis strategematon libris uersati sunt Andreas Dederich [*Ded.*] (in edit. 1855), Curtius Wachsmuth (Rhein. Mus. XV (1860) p. 574 sq.), Eussner (Blätter f. d. bayr. Gymn. VII (1871) p. 84 sq. et Philolog. Anz. XIII (1883) p. 380), Eduardus Woelfflin (Hermes IX (1872) p. 72 sq.), Zechmeister (Wiener Studien V (1883) p. 224 sq.), Gulielmus Hartel (Wiener Studien VI (1884) p. 98 sq.). Addiderunt denique sua Curtius Wachsmuth et Georgius Goetz in corrigendis plagulis, cuius laboris beneuolentissime participes esse uoluerunt.

Conspectum locorum, quibus eadem strategemata traduntur, adicere cum haud ab re fore existimarem, omnia quae congesta in editione Oudendorpiana et Wiegmanniana (Gottingae 1798) exstant collegi et, quantum licebat, auxi, additis etiam quae Curtius Wachsmuth, qua est liberalitate, mecum communicauit.

Scribebam Ienae mense Decembri 1887.

G. Gundermann.

IVLI FRONTINI  
STRATEGEMATON  
LIBRI QVATTVOR.



## INDEX NOTARVM.

---

*H* = codex Harleianus 2666.

*H*<sup>1</sup> = idem liber nondum correctus.

*h* = eiusdem libri corrector.

*G* = excerpta codicis Gothani I. 101.

*C* = excerpta codicis Cusani C. 14.

*P* = codex Parisinus 7240.


*d* = deteriorum librorum plures uel singuli.

*edd.* = editiones uel omnes uel plurimae.

Nominum notas uirorum doctorum uide praef. p. XVI.

Vncis [ ] uerba delenda, uncis < > suppleta includuntur.

Codices *HP* et *G*, quatenus excerpta exstant, nisi a textu dissentiant, non citantur: codex *C*, ubicumque adhibitus est, disserte laudatur.





IULI FRONTINI  
STRATEGEMATON

LIBER PRIMUS.

Cum ad instruendam rei militaris scientiam unus  
ex numero studiosorum eius accesserim eique destinato, 5  
quantum cura nostra ualuit, satisfecisse uisus sim,  
deberi adhuc institutae arbitror operae, ut sollertia  
ducum facta, quae a Graecis una στρατηγημάτων appel-  
latione comprehensa sunt, expeditis amplectar commen-  
tariis. ita enim consilii quoque et prouidentiae ex- 10  
emplis succincti duces erunt, unde illis excogitandi  
generandique similia facultas nutriatur; praeterea con-  
tinget, ne de euentu trepidet inuentionis suae, qui  
probat is eam experimentis comparabit.

Illud neque ignoro neque infitior, et rerum gesta- 15  
rum scriptores indagine operis sui hanc quoque partem  
esse complexos et ab auctoribus exemplorum quidquid  
insigne aliquo modo fuit traditum. sed, ut opinor,  
occupatis uelocitate consuli debet. longum est enim,  
singula et sparsa per immensum corpus historiarum 20

---

1 EX LIBRIS IULII FRONTINI STRATEGEMATON C  
PRAEFATIO FRONTONIS LIB. I. *G*, titulum om. *HP*; cf.  
*praef.* § 8 | 4 scientia *G* | 6 uisus sim *H*, sed alt. et tertia s in  
*ras. h* | 8 ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΙΚΩΝ *G* strategematicon (*strataeg. H*)  
*HP*, em. *Scr.* | appellationem *G* | 11 erant *H* ante corr. | 12  
gerendique *d* | nutriatur om. *H*<sup>1</sup> | contiget *H* ante corr. | 14  
eam *d* ea *GHP* | 18 ut om. *H*<sup>1</sup>

persequi; et hi, qui notabilia excerpserunt, ipso uelut  
aceruo rerum confuderunt legentem. nostra sedulitas  
inpendet operam, ut, quemadmodum res poscet, ipsum  
quod exigitur quasi ad interrogatum exhibeat: circum-  
5 spectis enim generibus, praeparauit opportuna exem-  
plorum ueluti consilia. quo magis autem discreta ad  
rerum uarietatem apte conlocarentur, in tres libros ea  
diduximus: in primo erunt exempla, quae competant  
proelio nondum commisso; in secundo, quae ad proe-  
10 lium et confectam pacationem pertineant; tertius in-  
ferendae soluendaeque obsidioni habebit στρατηγήματα:  
quibus deinceps generibus suas species attribui.

Huic labori non iniuste ueniam paciscar, ne me  
pro incurioso reprehendat, qui praeteritum aliquod a  
15 nobis reppererit exemplum: quis enim ad percensenda  
omnia monumenta, quae utraque lingua tradita sunt,  
sufficiat? at multa et transire mihi ipse permisi: quod  
me non sine causa fecisse scient, qui aliorum libros  
eadem promittentium legerint; uerum facile erit sub  
20 quaque specie suggerere. nam cum hoc opus, sicut  
cetera, usus potius aliorum quam meae commendatio-  
nis causa adgressus sim, adiuuari me ab his qui ali-  
quid illi adstruent, non argui credam.

[Si qui erunt, quibus uolumina haec cordi sint,  
25 meminerint στρατηγικῶν et στρατηγημάτων perquam  
similem naturam discernere. namque omnia, quae

1 ipse *G* | 2 confunderunt *G* | 8 diduximus *Ded.* deduci-  
mus *GHP* diducimus *d* | 10 pagat. *H* pactionem *d* | 11 ob-  
sidioni *G* obsidionibus (*bus uid. exp.*) *H* obsidionis *P* | stratege-  
mata *HP* | 12 ettribui *H* ante corr. | 13 Huic — posuimus (3, 7)  
eicit *Woelfflin* | ueniam (*m in ras. h*) *H* | 15 repperit *G* | 16  
monimenta *h* | 17 at nos ut *GHP* unde *edd.* ita *Herelius* |  
transirem *d* | ipse *om.* *P* | 18 non *om.* *H* | scient *H* | 19 legerint  
(*sed i pro e corr.*) *G* | sub unaquaque *edd.* sub sua quaque  
*Oud.* sua sub quaque *Wachsmuth* | 21 usu *P* | 24 Si qui —  
posuimus *del.* *Wachsmuth*; *cf. praef. § 8* | cordis *H* ante *ras.* |  
25 στρατηγικῶν nos *CTPATHMATIKΩΝ C* *CTPATHΓΗΜΑΤΙΚΩΝ*  
*GHP*; *cf. praef. § 8* | et *στρ.*] *ETCPATHΓΗΜΑΤΩΝ* (*sed C*  
*superscr. h*) *H* | 26 namque nos nam cum *HP* nam tum *edd.*

a duce provide, utiliter, magnifice, constanter fiunt, στρατηγικά habebuntur: si in specie eorum sunt, στρατηγήματα. horum propria uis in arte sollertiaque posita proficit tam ubi cauendus quam opprimendus hostis sit. qua in re cum uerborum quoque inlustris 5 extiterit effectus, ut factorum ita dictorum exempla posuimus.]

Species eorum, quae instruant ducem in his, quae ante proelium gerenda sunt:

- I. De occultandis consiliis. 10
- II. De explorandis consiliis hostium.
- III. De constituendo statu belli.
- III. De transducendo exercitu per loca hosti infesta.
- V. De euadendo ex locis difficillimis.
- VI. De insidiis <in> itinere factis. 15
- VII. Quemadmodum ea, quibus deficiemur, uideantur non deesse aut usus eorum expleatur.
- VIII. De distringendis hostibus.
- VIII. De seditione militum compescenda.
- X. Quemadmodum intempestiua postulatio pugnae 20 inhibeatur.
- XI. Quemadmodum incitandus sit ad proelium exercitus.
- XII. De dissoluendo metu, quem milites ex aduersis conceperint ominibus. 25

nam cum — hab., tum si *Ded.* | 1 adutiliter (ad exp.) *G* | 2 ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΙΚΑ (sed ΣΤΡΑΤΗΓΜ. *H*) *CGHP* | si] sed *Tenn.* | ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤ *H*<sup>1</sup> ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΑ *P* | 3 propria *Oud.* propriae *GHP* | sollertia//que (una litt. erasa) *H* | 4 quam ubi opp. *d* | 9 sunt. EXPLICIT PRAEFATIO FRONTONIS *G*, omissis titulis omnibus 3, 10—4, 1 | 13 hosti *HP*, item 11, 24 hostibus *d* hostium *edd.* | insessa *Oud.* | 15 in itinere *d* ex 23, 1 itineri *HP* | 16 deficiemur *scripsi* efficiemur *H* deficimus *P*; cf. praef. § 14 | 18 destringendis (omisso *De*) *CH* | 20 hunc tit. om. *H*, titulis qui sequuntur numeris X et XI signatis, item infra; cf. praef. § 2 | 21 inhibeat *P*, corr. *d* ex 29, 15 | 24 quo mil. e. a. concederint (concederint *P*) hominibus *HP*, corr. *d* ex 35, 6

## I. DE OCCULTANDIS CONSILIIIS.

1. M. Porcius Cato deuictas a se Hispaniae ciuitates existimabat in tempore rebellaturas fiducia murorum. scripsit itaque singulis, ut diruerent munimenta, 5 minatus bellum, nisi confestim obtemperassent, epistulasque uniuersis ciuitatibus eodem die reddi iussit: unaquaeque urbium sibi soli credidit imperatum; contumaces conspiratio potuit facere, si omnibus idem denuntiari notum fuisset.
- 10 2. Himilco dux Poenorum, ut in Siciliam inopinatus appelleret classem, non pronuntiauit, quo proficisceretur, sed tabellas, in quibus scriptum erat, quam partem peti uellet, uniuersis gubernatoribus dedit signatas praecepitque, ne quis legeret nisi ui tempe- 15 statis a cursu praetoriae nauis abductus.
3. C. Laelius, ad Syphacem profectus legatus, quosdam ex tribunis et centurionibus per speciem seruitutis ac ministerii exploratores secum duxit: ex quibus L. Statorium, qui saepius in isdem castris fuerat <et> 20 quem quidam ex hostibus uidebantur agnoscere, occultandae condicionis eius causa baculo ut seruum castigauit.
4. Tarquinius Superbus pater, principes Gabinorum interficiendos arbitratus, quia hoc nemini uolebat com- 25 missum, nihil nuntio respondit, qui ad eum a filio erat missus; tantum uirga eminentia papauerum capita,

---

1 occuldis *H*<sup>1</sup> | 3 existimabant *H* ante *ras.* | 5 epistolasque *H*, sed *alt.* e in *ras.* duarum litt. *h* | 7 unaquaeque *H*, sed prior e in *ras.* *h* | credit *GH* | aliquid hic excidisse immérito suspicatur *Oud.* | 10 Himilcho *G* | inopinatis *H*<sup>1</sup> | 11 classem *G* classim *P* appelleret. classi enim non *H* | 14 temperasset tempestatis *G* | 16 legatos *HP*, corr. *d* legatus lectos *Oud.* coll. 1, 2, 1 et *Liu.* 30, 4 | 17 ex] e in *ras.* duarum litt. *h* et *P* | 19 L. post *ras.* unius litterae *h* | statorium (una litt. erasa) *H* | qui *Goetz* quia *HP* | et *add.* *d* quem, quia — fuerat, quidam *Oud.* | 23 princeps *H* ante corr. | sabinorum *CHP*, corr. *d* | 26 erit *H*<sup>1</sup> | tamen *d*

cum forte in horto ambularet, decussit. nuntius sine responso reuersus renuntiauit adulescenti Tarquinio, quid agentem patrem uidisset: ille intellexit, idem esse eminentibus faciendum.

5. C. Caesar, quod suspectam habebat Aegyptiorum 5  
fidem, per speciem securitatis inspectioni urbis atque  
operum ac simul licentioribus conuiujs deditus, uideri  
uoluit captum se gratia locorum ad mores Alexan-  
drinos uitamque deficere: atque inter eam dissimula-  
tionem praeparatis subsidijs occupauit Aegyptum. 10

6. Ventidius Parthico bello aduersus Pacorum regem, non ignarus Pharnaenum quendam, natione Cyr-  
rhestem, ex his qui socii uidebantur, omnia quae apud  
ipsos agerentur nuntiare Parthis, perfidiam barbari  
ad utilitates suas conuertit. nam quae maxime fieri 15  
cupiebat, ea uereri se ne acciderent, quae timebat, ea  
ut euenirent optare simulabat. sollicitus itaque, ne  
Parthi ante transirent Euphraten, quam sibi super-  
uenirent legiones quas in Cappadocia trans Taurum  
habebat, studiose cum proditore egit, uti sollempni 20  
perfidia Parthis suaderet, per Zeugma traicerent exer-  
citus, qua et breuissimum iter est et demisso alueo  
Euphrates decurrit: namque si illa uenirent, adseue-  
rabat se opportunitate collium usurum ad eludendos  
sagittarios, omnia autem uereri, si se infra <per> 25  
patentis campos proiecissent. inducti hac adfirmatione  
barbari inferiore itinere per circuitum adduxerunt exer-  
citus dumque fusiores ripas et ob hoc operosiores

---

2 adolescenti *h* | 3 partem *H*<sup>1</sup> | 4 *post* emin. *addit* ciuibus  
*Herelius Gabinis Ded.*; *sed cf. Tac. Agr. 5* | 5 *C. om. P* | cae-  
sar *H*, *sed c in ras. h* | 6 inspectione *HP*, *corr. d* | 8 captus e  
*P* | ut ad *P* et ad *edd.*; *cf. praef. § 1* | 9 deficeret *HP*, *em.*  
*edd.* | 12 Pharnaenum *Oud. farneum HP*; *Xavvaïov Dio 49, 19* |  
cyrresten *P* | 13 quae] qui *H*<sup>1</sup> | 15 *nā* quae (*uirgulam add.*  
*et quae in ras. scripsit h*) *H* | 16 timebant *H* | 17 uenirent  
optare (*o in ras. h*) *H* | simulabatur *H* | 22 demisso *uir doctus*  
*apud Oud. omisso HP commisso Oud.* | 23 eufr. *HP* | illac *P* |  
25 *per add. Hartel in add. Oud.* | 27 ///exercitum (*eras. et uel ex*) *H*

pontes iungunt instrumentaque moliuntur, quadraginta  
 amplius dies inpenderunt: quo spatio Ventidius ad  
 contrahendas usus est copias eisque triduo, antequam  
 Parthus adueniret, receptis acie commissa uicit Pa-  
 5 corum et interfecit.

7. Mithridates, circumuallante Pompeio, fugam in  
 proximum diem moliens, huius consilii obscurandi  
 causa latius et usque ad adplicitas hosti ualles pabu-  
 latus, conloquia quoque cum pluribus auertendae su-  
 10 spicionis causa in posterum constituit, ignes etiam  
 frequentiores per tota castra fieri iussit: secunda deinde  
 uigilia praeter ipsa hostium castra agmen eduxit.

8. Imperator Caesar Domitianus Augustus Ger-  
 manicus, cum Germanos, qui in armis erant, uellet  
 15 opprimere nec ignoraret maiore bellum molitione ini-  
 tutos, si aduentum tanti ducis praesensissent, pro-  
 fectioni suae census obtexit Galliarum: sub quibus  
 inopinato bello adfusus contusa inmanium ferocia  
 nationum prouinciis consuluit.

9. Claudius Nero, cum e re publica esset Hasdrubalem  
 20 copiasque eius, antequam Hannibali fratri iungerentur,  
 excidi idcircoque festinaret se Liuio Salinatori collegae  
 suo, cui bellum mandatum fuerat, parum fidens uiribus  
 quae sub ipso erant, adiungere neque tamen discessum  
 25 suum ab Hannibale, cui oppositus erat, sentiri uellet,  
 decem milia fortissimorum militum elegit praecepitque  
 legatis, quos relinquebat, ut eadem stationes uigiliae-  
 que agerentur, totidem ignes arderent, eadem facies

---

1 operosiore ponte *Salm.* iungunt post <sup>ripas</sup> ~~ripam~~ transponit  
*Wachsmuth* | 2 inpenderint *H* ante corr. | 6 Mithridatis *HP* |  
 7 proximam *P* | 8 applicitos hosti uallos *d* | 12 castra *om. H* |  
 agm̄ *H*, sed a in *ras. h* | 15 mollitione *H* | post inuituros *ras.*  
 quattuor fere *litt. H* | 16 profectionis (is ex es corr. *h*) suae  
 sensus *H* profectionem suam sensu *P*, *em. Mod.*; cf. 12, 2 |  
 17 obtexit *d* | sub quibus] subitus *Herelius coll. 2, 3, 14* subito  
 hostibus *Ded.* | 19 prouintiis *H* | 20 erep̄ eēt *H* cuperet *P* |  
 21 fratri — Liuio *H in ras.* | iungeretur *d* | 26 delegit *d* |  
 27 eadem *H* | stationis *H<sup>1</sup>* | uigiliae aequae *P* | 28 ignis *H<sup>1</sup>*

castrorum seruaretur, ne quid Hannibal suspicatus  
 auderet aduersus paucitatem relictorum. cum deinde  
 in Umbria occultatis itineribus collegae se iunxisset,  
 uetuit castra ampliari, ne quod signum aduentus sui  
 Poeno daret, detractaturo pugnam, si consulum iunctas 5  
 uires intellexisset. igitur inscium duplicatis adgressus  
 copiis superauit et uelocius omni nuntio rediit ad  
 Hannibalem: ita ex duobus callidissimis ducibus Poeno-  
 rum eodem consilio alterum celauit, alterum oppressit.

10. Themistocles exhortans suos ad suscitandos 10  
 festinanter muros, quos iussu Lacedaemoniorum de-  
 icerent, legatis Lacedaemone missis, qui interpellarent,  
 respondit, uenturum se ad diluendam hanc existima-  
 tionem: et peruenit Lacedaemonem. ibi simulato  
 morbo aliquantum temporis extraxit: et postquam in- 15  
 tellexit suspectam esse tergiuersionem suam, con-  
 tendit falsum <allatum> ad eos rumorem et rogauit,  
 mitterent aliquos ex principibus, quibus crederent de  
 munitione Athenarum. suis deinde clam scripsit, ut  
 eos qui uenissent retinerent, donec reffectis operibus 20  
 confiteretur Lacedaemoniis, munitas esse Athenas ne-  
 que aliter principes eorum redire posse, quam ipse  
 remissus foret: quod facile praestiterunt Lacedaemonii,  
 ne unius interitum multorum morte pensarent.

[11. L. Furius, exercitu perducto in locum iniquum, 25  
 cum constituisset occultare sollicitudinem suam, ne  
 reliqui trepidarent, paulatim se inflectens, tamquam  
 circuitu maiore hostem adgressurus, conuerso agmine  
 ignarum rei quae agebatur exercitum incolumem re-  
 duxit.] 30

3 umbri *H* | 5 detracturo *P* | 9 ante cel. addit se *Hartel*  
 iter *O. Hirschfeld* | 11 Lac. deicerent *om. H<sup>1</sup>* | deiecerant  
*h P, em. Ruehl in Jahrb. f. Philol. (1883) 127, 752* | 13 respondit *H*,  
 sed *r in ras. trium fere litt. h* | diluendum *H<sup>1</sup>* deluendam *P* | 17  
 allatum *suppleuit Wachsmuth coll. Nep. Them. 7, 2* perlatum  
*post rum. add. Stew.: ellipsin defendit Tenn.* | 18 ut mitt. *P*  
 22 aliter] antē *Scr.* | 25 exemplum repetitum ex 1, 5, 13; cf. praef.  
 § 10 | producto *d* | 29 tur exercitum in *ras. h*

12. Metellus Pius in Hispania interrogatus, quid postera die factururus esset, 'tunicam meam, si eloqui posset', inquit, 'comburerem'.

13. M. Licinius Crassus percunctanti, quo tempore  
5 castra moturus esset, respondit: 'uereris, ne tubam non exaudias?'

## II. DE EXPLORANDIS CONSILIIS HOSTIUM.

1. Scipio Africanus, capta occasione mittendae ad Syphacem legationis, cum Laelio seruorum habitu  
10 tribunos et centuriones electissimos ire iussit, quibus curae esset perspicere regias uires. hi, quo liberius castrorum positionem scrutarentur, equum de industria dimissum tanquam fugientem persectati maximam  
15 tiassent, incendio confectum bellum est.

2. Q. Fabius Maximus bello Etrusco, cum adhuc incognitae forent Romanis ducibus sagaciores explo-  
randi uiae, fratrem Fabium Caesonem, peritum linguae Etruscae, iussit Tusco habitu penetrare Ciminiam sil-  
20 uam, intemptatam ante militi nostro: quod is adeo prudenter atque industrie fecit, ut transgressus siluam Umbros Camertes, cum animaduertisset non alienos nomini Romano, ad societatem compulerit.

3. Carthaginienses, cum animaduertissent Alexandri  
25 ita magnas opes, ut Africae quoque immineret, unum ex ciuibus, uirum acrem nomine Hamilcarem Rhodinum, iusserunt simulato exsilio ire ad regem omnique

---

1 Pius *om. d* | 2 meam — inquit *om. H<sup>1</sup>* | id post si *perperam add. edd.*; *cf. Val. 7, 4, 5. Plut. apophth. Caec. Metell. 2* | 4 *percontanti (sed o ex u corr. et tan in ras. h) HP*

11 *perspicere H, sed er in ras. h* | quo *d cum HP* | 15 *ual- lum d* | 17 *sagatiores — fratrem H in ras.* | 24 *Carthaginenses h* | 26 *amilcarem H* | *rodinum H, sed ro in ras. trium fere litt. h shodinum P rhodinum, rhodinm, scodinum, stadinum, rhodanum d*; *Rhodanum Iustin. 21, 6, 1 et Oros. 4, 6, 21*



studio in amicitiam eius peruenire: qua is potitus consilia eius nota ciuibus suis faciebat.

4. Idem Carthaginienses miserunt, qui per speciem legatorum longo tempore Romae morarentur exciperentque consilia nostrorum. 5

5. M. Cato in Hispania, quia ad hostium consilia alia uia peruenire non potuerat, iussit trecentos milites simul impetum facere in stationem hostium raptumque unum ex his in castra perferre incolumem: tortus ille omnia suorum arcana confessus est. 10

6. C. Marius consul bello Cimbrico et Teutonico ad excutiendam Gallorum et Ligurum fidem litteras emisit, quarum pars prior praecipiebat, ne interiores, quae praesignatae erant, ante certum tempus aperirentur: easdem postea ante praestitutum diem repetiit et, 15 quia resignatas reppererat, intellexit hostilia agitari.

[Est et aliud explorandi genus, quo ipsi duces nullo extrinsecus adiutorio per se prouident, sicut]

7. Aemilius Paulus consul, bello Etrusco apud oppidum Vetuloniam demissurus exercitum in planitiem, 20 contemplatus procul auium multitudinem citatiore uolatu ex silua consurrexisse, intellexit aliquid illic insidiarum latere, quod et turbatae aues et plures simul euolauerant. praemissis igitur exploratoribus comperit, decem milia Boiorum excipiendo ibi Romanorum agmini inminere, eaque alio quam exspectabatur latere missis legionibus circumfudit. 25

8. Similiter Tisamenus Orestis filius, cum audisset

---

3 *exemplum suspectum habet Wachsmuth; cf. praef. § 9 | carthaginenses HP | 9 incolimem H<sup>1</sup> incolom. h | ille om. H<sup>1</sup> | 12 et Lig. — pars om. H<sup>1</sup> | 13 prior] superior Hartel | praeeperat H | 14 signatae d | 15 praestitutam P | 16 signatas H | 17 Est — sicut aliena esse uidit Oud.; cf. praef. § 9 | 19 Paulus] Papus Gron., cf. praef. § 11 | 20 Vetuloniam nos uel coloniam H coloniam P Telamona Gron. coll. Pol. 2, 27 Populoniam Oud. Cortonam Cluverius coll. Pol. 3, 82 | dimiss. h P | 25 .x. milia P | ibi om. H<sup>1</sup> | 26 agmin H<sup>1</sup> | 28 tiamemus H tiamenus P, corr. d*

iugum ab hostibus natura munitum teneri, praemisit  
 sciscitatuos, quid rei foret; ac referentibus eis non  
 esse uerum, quod opinaretur, ingressus iter, ubi uidit  
 5 neque omnino residere, arbitratus est latere illic agmen  
 hostium: itaque circumducto exercitu elusit insidiatores.

9. Hasdrubal frater Hannibalis iunctum Liuii et  
 Neronis exercitum, quamquam hoc illi non duplicatis  
 castris dissimularent, intellexit, quod ab itinere stri-  
 10 gosiores notabat equos et coloratiora hominum, ut ex  
 uia, corpora.

### III. DE CONSTITUENDO STATU BELLI.

1. Alexander Macedo, cum haberet uehementem exer-  
 citum, semper eum statum belli elegit, ut acie configeret.

15 2. C. Caesar bello ciuili cum ueteranum exercitum  
 haberet, hostium autem tironem esse sciret, acie sem-  
 per decertare studuit.

3. Fabius Maximus aduersus Hannibalem, succes-  
 sibus proeliorum insolentem, recedere ab ancipiti dis-  
 20 crimine et tueri tantummodo Italiam constituit Cunc-  
 tatorisque nomen et per hoc summi ducis meruit.

4. Byzantii aduersus Philippum omne proeliandi  
 discrimen euitantes, omissa etiam finium tutela, intra  
 25 munitiones oppidi se receperunt adsecutique sunt, ut  
 Philippus obsidionalis morae inpatiens recederet.

5. Hasdrubal Gisgonis filius secundo Punico bello  
 in Hispania uictum exercitum, cum P. Scipio instaret,  
 per urbes diuisit: ita factum est, ut Scipio, ne oppu-  
 gnatione plurium oppidorum distringeretur, in hiberna  
 30 suos reduceret.

5 est *om.* *H* | 6 itaque *H*, *sed* ita *in ras.* *h* | clausit *H* |  
 7 iunctum *Stew.* tunc *HP*

16 tironem — studuit *om.* *H*<sup>1</sup> | 18 maxius *H*<sup>1</sup> | 22 omni  
 p. discrimine uitantes *HP*, *em. edd.* | 24 se *H* *superscr.* | 25 ro-  
 mae *H* | 27 P.] p// (*tres fere litt. erasae sunt*) *H*<sup>1</sup>  $\bar{p}$  *h* prae *P*

6. Themistocles aduentante Xerxe, quia neque proelio pedestri neque tutelae finium neque obsidioni credebatur sufficere Athenienses, auctor fuit eis liberos et coniuges in Troezena et in alias urbes amandandi relictoque oppido statum belli ad nauale proelium transferendi. 5

[7. Idem fecit in eadem ciuitate Pericles aduersum Lacedaemonios.]

8. Scipio, manente in Italia Hannibale, transmissio in Africam exercitu necessitatem Carthaginensibus inposuit revocandi Hannibalem: sic a domesticis finibus <in> hostiles transtulit bellum. 10

9. Athenienses, cum Deceliam castellum ipsorum Lacedaemonii communissent et frequentius vexarentur, classem, quae Peloponensum infestaret, miserunt consecutique sunt, ut exercitus Lacedaemoniorum, qui Deceliae erat, reuocaretur. 15

10. Imperator Caesar Domitianus Augustus, cum Germani more suo e saltibus et obscuris latebris subinde inpugnarent nostros tutumque regressum in profunda siluarum haberent, limitibus per centum uiginti milia passuum actis non mutauit tantum statum belli, sed et subiecit dicioni suae hostes, quorum refugia nudauerat. 20

### III. DE TRANSDUCENDO EXERCITU PER LOCA HOSTI INFESTA.

25

1. Aemilius Paulus consul cum in Lucanis iuxta litus angusto itinere exercitum duceret et Tarentini

4 trozena *HP* | amandandi *Mod.* amāndandi *H* ominandi *P* emittendi *d* | relictaque *H*<sup>1</sup> | 6 exemplum alienum, cf. praef. § 9 | 9 exercitum *H* ante ras. | carthaginensibus *H* | 10 finibus *d* funeribus *HP* | 11 in hostiles *Freinsheim* hostile *HP* | 13 frequentibus *H* | uexarentur] cf. praef. § 14 | 14 qua *P* | peloponensum *P* | infestarent *HP*, corr. *edd.* | consecutique *H*, sed que *superscr.* | 16 decaelia// (una litt. erasa) *H* | 20 militibus *HP*, em. *Scr.*

25 inessa *Oud.*; cf. 3, 13 | 26 Paulus] *Papus Tenn.*; cf. praef. § 11 | 27 rentini *H*<sup>1</sup>

ei classe insidiati agmen eius scorpionibus aggressi essent, captiuos lateri euntium praetexuit: quorum respectu hostes inhibuere tela.

2. Agesilaus Lacedaemonius, cum praeda onustus  
5 ex Phrygia rediret insequerenturque hostes et ad locorum opportunitatem lacesserent agmen eius, ordinem captiuorum ab utroque latere exercitus sui explicuit: quibus dum parcitur ab hoste, spatium trans-eundi habuerunt Lacedaemonii.

10 3. Idem, tenentibus angustias Thebanis, per quas transeundum habebat, flexit iter, quasi Thebas contenderet: exterritis Thebanis digressisque ad tutanda moenia repetitum iter, quo destinauerat, emensus est nullo obsistente.

15 4. Nicostratus dux Aetolorum aduersus Epirotas, cum ei aditus in fines eorum angusti fierent, per alterum locum inrupturum se ostendens, omni illa ad prohibendum occurrente Epirotarum multitudine, reliquit suos paucos, qui speciem remanentis exercitus  
20 praeberent: ipse cum cetera manu quo non exspectabatur aditu intrauit.

5. Autophradates Perses, cum in Pisidiam exercitum duceret et angustias quasdam Pisidae occuparent, simulata vexatione traiciendi instituit reducere: quod  
25 cum Pisidae credidissent, ille nocte ualidissimam manum ad eundem locum occupandum praemisit ac postero die totum traiecit exercitum.

6. Philippus Macedonum rex Graeciam petens, cum Thermopylas occupatas audiret et ad eum legati Aeto-

---

2 captiuos latera *P*; cf. *G*, 17 | 11 transire auebat *d* | 13 quod *edd.* | 15 Nicostratus (*prior s superscr.*) *H* | 16 forent *Eussner* | 20 quo *Heinsius* qua *HP*, sed ua supra ras. unius litt. (*fue-ratne q: = que ?*) *h* | 21 aditum *P* qua — aditus, intr. *Stew.* | 22 Autofradates *HP* | perses *H*, sed per in ras. *h* | 23 pisi-diae *H*, sed pi in ras. et di ex du corr. *h* | 24 traiciendo *H*<sup>1</sup> | reduceret *H*<sup>1</sup> | 25 pisidiae *H* | 28 graecias *HP*, sed cf. *Charis.* *K. p. 32, 4* | 29 thermophilas *H* thermopylas *P*

lorum uenissent acturi de pace, retentis eis ipse magnis itineribus ad angustias pertendit securisque custodibus et legatorum reditus exspectantibus inopinatus Thermopylas traiecit.

7. Iphicrates dux Atheniensium aduersus Anaxibium Lacedaemonium in Hellesponto circa Abydon, cum transducendum exercitum haberet per loca, quae stationibus hostium tenebantur, alterum autem latus eius transitus abscisi montes premerent, alterum mare allueret, aliquamdiu moratus, cum incidisset frigidior solito dies et ob hoc nemini suspectus, delegit firmissimos quosque, quibus oleo ac mero calefactis praecepit, ipsam oram maris legerent, abruptiora tranarent: atque ita custodes angustiarum inopinatos oppressit a tergo.

8. Cn. Pompeius, cum flumen transire propter oppositum hostium exercitum non posset, adsidue producere et reducere in castra instituit: deinde, in eam demum persuasionem hoste perducto, ne ullam uiam ad progressum Romanorum teneret, repente impetu facto transitum rapuit.

9. Alexander Macedo, prohibente rege Indorum Poro traici exercitum per flumen Hydaspem, aduersus aquam adsidue procurrare iussit suos: et ubi eo more exercitationis adsecutus est, <ne> quid a Poro aduersa ripa caveretur, per superiorem partem subitum transmisit exercitum.

9a. Idem, quia Indi fluminis traiectu prohibebatur ab hoste, diuersis locis in flumen equites instituit inmit-

3 inopinatas *H* | 4 thermopylas *H* thermophilas *P* | 5 Iphicrates *H*<sup>1</sup> | 6 Hellesponto (h erasa) *H* | 10 ablueret *P* et *H* ante ras. | 11 die sed *H* | 12 praecepit ut *d* | 13 horam *H* | 14 inopinatus *P* | 16 propter om. *H* | 18 eam demum nos eandem *HP* eam *d* eam tandem *Buh.* | 19 uim — timeret *Lipsius* | 20 tenerent *d* | 25 ne quid a *scripsi coll.* 1, 4, 8. 3, 2, 1 et *Polyaen.* 4, 3, 9 quia *HP* qui a *Oud.* ut a *d* | 26 per om. *P* 28 traiectū *P* | 29 flumine *HP*, em. *Hartel*; cf. 10, 23

tere et transitum minari; cumque expectatione barbaros intentos teneret, insulam paulo remotiorem primum exiguo, deinde maiore praesidio occupavit atque inde in ulteriorem ripam transmisit: ad quam manum  
5 opprimendam cum uniuersi se hostes effudissent, ipse libero uado transgressus omnes copias coniunxit.

10 10. Xenophon, ulteriorem ripam Armeniis tenentibus, duos iussit quaeri aditus; et cum a <uado> inferiore repulsus esset, transiit ad superius, inde quoque prohibitus hostium occursum repetit uadum inferius, iussa quidem militum parte subsistere, [et] quae, cum Armenii ad inferioris uadi tutelam redissent, per superius transgrederetur: Armenii, credentes decursuros omnes, decepti sunt a remanentibus; hi cum  
15 resistente nullo uadum superassent, transeuntium suorum fuere propugnatores.

11. Appius Claudius consul primo bello Punico, cum a Regio Messanam traicere militem nequiret, custodientibus fretum Poenis, sparsit rumorem, quasi  
20 bellum iniussu populi inceptum gerere non posset, classemque in Italiam uersus se agere simulauit: digressis deinde Poenis, qui profectioni eius habuerant fidem, circumactas naues appulit Siciliae.

12. Lacedaemoniorum duces, cum Syracusas nauigare destinassent et Poenorum dispositam per litus classem timerent, decem Punicas naues, quas captiuas habebant, ueluti uictrices primas iusserunt agi, aut a latere iunctis aut puppe religatis <uis>: qua specie deceptis Poenis transierunt.

30 13. Philippus, cum angustias maris, quae Κρεβά

2 teneret *H*, sed prior t in ras. duarum litt. h | paulo *H* in ras. | 7 armoeniis *H* | 8 duo *P* | uado *add. Oud.* | inferiore *Eussner* citiore *HP* | 9 superiorem *edd.* | 10 repetiit *d* | iussa quidem *Oud.* iussaque ibidem *P* iussu parte *omissis mediis H* | 11 et *deleuit Oud.* et quae *H* ex qua *P* | 12 armoenii *H* | totulam *H*<sup>1</sup> | 17 Appius *Oud.* *P. HP*; cf. *praef. § 11* | 18 messana *h* | 22 profectione *H* | 25 per litus *Casaub.* penitus *HP* | 28 suis *add. Tenn.* aliis *add. d* | 30 Κρεβά nos cienā *HP*

appellantur, transnavigare propter Atheniensium classem, quae opportunitatem loci custodiebat, non posset, scripsit Antipatro Thraciam rebellare, praesidiis quae ibi reliquerat interceptis: sequeretur omnibus omissis. quae ut epistolae interciperentur ab hoste, curavit: 5 Athenienses, arcana Macedonum excepisse uisi, classem abduxerunt; Philippus nullo prohibente angustias freti liberavit.

13a. Idem, quia Cherronessum, quae iuris Atheniensium erat, occupare prohibebatur, tenentibus transitum 10 non Byzantium tantum, sed Rhodiorum quoque et Chiorum nauibus, conciliauit animos eorum reddendo naues, quas ceperat, quasi sequestres futuros ordinandae pacis inter se atque Byzantios, qui causa belli erant: tractaque per magnum tempus postulatione, cum de 15 industria subinde aliquid in condicionibus retexeret, classem per id tempus praeparauit eaque in angustias freti inparato hoste subitus euasit.

14. Chabrias Atheniensis, cum adire portum Samiorum obstante nauali hostium praesidio non posset, 20 paucas e suis nauibus praeter portum missas iussit transire, arbitratus, qui in statione erant, persecuturos: hisque per hoc consilium auocatis, nullo obstante portum cum reliqua adeptus est classe.

## V. DE EVADENDO EX LOCIS DIFFICILLIMIS.

25

1. Q. Sertorius in Hispania, cum a tergo instante hoste flumen traicere haueret, uallum in ripa eius in

Cyaneae *edd.* Abydenae *Oud.*; *cf. praef. § 14* | 4 interfectis *Herelius* | ut sequ. *P* | 5 quae ep. ut *edd.* | 7 angustias *H* | 9 quia *HP* cum *d*; *cf. 13, 28* | cherronessum (*cheron. P*) *HP*, *cf. 2, 5, 42* | 10 prohiberetur *HP*, *corr. d*; *cf. 16, 24* | 11 bizantium *HP*, *corr. d* | 13 futuras *d* | 14 bizantios *HP* | 15 de *om. P* | 16 retexeret *om. H<sup>1</sup>* | 18 inuasit *Hartel* | 19 saniorum *H ante corr.* | 23 iisque *edd.*

25 ex] de *H* | 27 haueret *Hartel* haberet *HP* necesse haberet *Oud.*; an traiciendum haberet? *cf. praef. § 14*

modum cauae lunae duxit et oneratum materiis incendit: atque ita exclusis hostibus flumen libere transgressus est.

2. Similiter Pelopidas Thebanus bello Thessalico  
5 transitum quaesivit. namque castris ampliorem locum supra ripam complexus, uallum ceruolis et alio materiae genere constructum incendit: dumque ignibus submouentur hostes, ipse fluuium superauit.

3. Q. Lutatius Catulus, cum a Cimbris pulsus unam  
10 spem salutis haberet, si flumen liberasset, cuius ripam hostes tenebant, in proximo monte copias ostendit, tamquam ibi castra positurus. ac praecepit suis, ne sarcinas soluerent aut onera deponerent neu quis ab ordinibus signisque discederet; et quo magis persuasionem hostium confirmaret, pauca tabernacula in  
15 conspectu erigi iussit ignesque fieri et quosdam uallum struere, quosdam in lignationem, ut conspicerentur, exire: quod Cimbri uere agi existimantes et ipsi castris delegerunt locum dispersique in proximos agros ad  
20 comparanda ea, quae mansuris necessaria sunt, occasionem dederunt Catulo non solum flumen traiciendi, sed etiam castra eorum infestandi.

4. Croesus, cum Halyn uado transire non posset neque nauium aut pontis faciendi copiam haberet,  
25 fossa superiore parte post castra deducta alueum flumini a tergo exercitus sui reddidit.

5. Cn. Pompeius Brundisii, cum excedere Italia et transferre bellum proposuisset, instante a tergo Caesare conscensurus classem quasdam obstruxit uias,  
30 alias parietibus intersaepsit, alias intercidit fossis easque sudibus erectis praeclusas operuit cratibus, humo

---

4 bello *H*, sed o in ras. duarum litt. | 6 ceruulis *h* | 9 cymbris *H* | 12 ibi *edd.* in *HP*, om. *d* | ne om. *H*<sup>1</sup> | 13 neu *Eussner* ne *HP* | 14 et om. *H*<sup>1</sup> | 18 cymbri *H* | 24 habebat *H*, quod per *parenthesin* tuetur *Hartel*; cf. *praef.* § 12 | 25 fluminis *HP*, em. *Hartel* | 27 excederet *HP* | italiae *H* | 31 praeclusas] an praeacutis ? cf. *Caes. b. c. 1, 27*



adgesta; quosdam aditus, qui ad portum ferebant, trabibus transmissis et in densum ordinem structis, ingenti mole tutatus <est>. quibus perpetratis ad speciem retinendae urbis raros pro moenibus sagittarios reliquit, ceteras copias sine tumultu ad naues deduxit: 5 nauigantem eum mox sagittarii quoque per itinera nota degressi paruis nauigiis consecuti sunt.

6. C. Duellius consul in portu Syracusano, quem temere intrauerat, obiecta ad ingressum catena clausus uniuersos in puppem retulit milites atque ita resupina 10 nauigia magna remigantium ui concitauit: leuatae prorae super catenam processerunt. qua parte superata transgressi rursus milites prorae presserunt, in quas uersum pondus decursum super catenam dedit nauibus. 15

7. Lysander Lacedaemonius, cum in portu Atheniensium cum tota classe obsideretur, obrutis hostium nauibus ab ea parte, qua faucibus angustissimis influit mare, milites suos clam in litus egredi iussit et subiectis rotis naues ad proximum portum Munychiam 20 traiecit.

8. Hirtuleius legatus Q. Sertorii, cum in Hispania inter duos montes abruptos longum et angustum iter ingressus paucas duceret cohortes comperissetque ingentem manum hostium aduentare, fossam transuersam 25 inter montes pressit uallumque materia exstructum incendit atque ita intercluso hoste euasit.

9. C. Caesar bello ciuili, cum aduersus Afranium copias educeret et recipiendi se sine periculo facultatem non haberet, sicut constiterat, prima et secunda 30

3 est *add. d* | 4 roras *H*<sup>1</sup> | 7 digressi *HP*, *correxi coll. Caes. b. c. 1, 28, 3* | nauigiis *ex nauus corr. H* | 8 Segestano *Oud. ex Polyb. 1, 24; cf. Zonar. 8, 11* | 9 clusus *H* | 10 retulit *P* | 12 proiecerunt *H* | 13 rursus] cursu *d* | 20 mono etiam *HP*, *em. Mod.* | 22 *Q. in ras. trium fere litt. (que H<sup>1</sup>?) h, om. P* | 24 paucos *H* | 26 depressit *Guietus percussit Stew. praeduxit Wachsmuth* | materiae *H*<sup>1</sup> *materie h; cf. p. 16, 1. 6 22, 17. 24, 14.* | 30 si constituerat *H*<sup>1</sup>

acie <in armis permanente, tertia autem acie> furtim a tergo ad opus adplicata, quindecim pedum fossam fecit, intra quam sub occasum solis armati se milites eius receperunt.

5 10. Pericles Atheniensis, a Peloponnensiis in eum locum compulsus, qui undique abruptis cinctus duos tantum exitus habebat, ab altera parte fossam ingentis latitudinis duxit uelut hostis excludendi causa, ab altera limitem agere coepit, tamquam per eum erupturus. hi qui obsidebant, cum per fossam, quam ipse fecerat, exercitum Periclis non crederent euasurum, uniuersi a limite obstiterunt: Pericles, pontibus quos praeparauerat fossae iniectis, suos quis non resistebatur emisit.

15 11. Lysimachus, ex his unus in quos opes Alexandri transierunt, cum editum collem castris destinasset, imprudentia autem suorum in inferiorem deductus uereretur ex superiore hostium incursum, triplices fossas intra uallum obiecit; deinde simplicibus fossis circa omnia tentoria ductis tota castra confodit et intersaepto hostium aditu, simul humo quoque et frondibus quas fossis superiecerat <pate>facto, in superiora euasit.

25 12. C. Fonteius Crassus in Hispania cum tribus milibus hominum praedatum profectus <locoque iniquo circumuentus> ab Hasdrubale, ad primos tantum ordines relato consilio, incipiente nocte, quo tempore

1 in — acie *suppl.* Hartel ex Caes. b. c. 1, 41 *praecuntibus* Schelio et Oud. | 2 .XV. P | 5 simile exemplum 3, 9, 9; hoc alienum putat Wachsmuth: cf. praef. § 10 | 7 indigentis H<sup>1</sup> | 8 hostes H | 9 militem HP, em. Tenn. | tamquam] tantum H | 13 quis H qua P | 17 autem H *superscr.* | in om. H | 18 incursum om. H | 19 simplicibus nos similibus H sublimibus P humilibus Buh. | 20 confodit H confudit P, em. d | 22 patefacto nos facta H<sup>1</sup> facto hP facto ponte d; cf. 1, 5, 5 | 24 idem exemplum 4, 5, 8 | fronteius CP ronteius H, em. d ex l. l. | T. Fonteius legatus (deleto Crasso) Oud. coll. Liu. 25, 36 | 25 loc. — circ. *suppl.* Mod. ex l. l. | 26 ad Hasdrubalem HP, em. Mod. | et ad P | ordinem H<sup>1</sup> | 27 concilio HP, em. d

minime exspectabatur, per stationes hostium per-  
rupit.

13. L. Furius exercitu perducto in locum iniquum,  
cum constituisset occultare sollicitudinem suam, ne  
reliqui trepidarent, paulatim inflexit iter, tamquam cir- 5  
cuiu maiore hostem adgressurus: conuerso agmine igna-  
rum rei quae agebatur exercitum incolumem reduxit.

14. P. Decius tribunus bello Samnitico Cornelio  
Cosso consuli iniquis locis deprehenso ab hostibus  
suasit, ut ad occupandum collem, qui erat in propin- 10  
quo, modicam manum mitteret, seque ducem his qui  
mittebantur obtulit: avocatus in diuersum hostis di-  
misit consulem, Decium autem cinxit obseditque. illas  
quoque angustias noctu eruptione facta cum frustratus  
esset Decius, incolumis cum militibus consuli accessit. 15

15. Idem fecit sub Atilio Calatino consule is, cuius  
uarie traditur nomen: alii Laberium, nonnulli Q. Cae-  
dicium, plurimi Calpurnium Flammam vocitatum scrip-  
serunt. is cum demissum in eam uallem uideret  
exercitum, cuius latera omnia<que> superiora hostis 20  
insederat, depoposcit et accepit trecentos milites, quos  
adhortatus, ut uirtute sua exercitum seruarent, in  
mediam uallem decucurrit: et ad opprimendos eos  
undique descendit hostis longoque et aspero proelio  
retentus occasionem consuli ad extrahendum exer- 25  
citum dedit.

16. Q. Minucius consul in Liguria, demisso in an-

1 erupit *d ex l. l.* | 3 *idem exemplum 1, 1, 11* | producto *d* |  
5 inflectit *HP, corr. edd.; cf. praef. § 12* | tamquam si *H* tam-  
quam sic *Hartel* | 8 *idem exemplum 4, 5, 9* | decimus *P, item*  
*infra* | tribunus militum *l. l.* | 9 *cons. HP* | 10 ad occupatum  
*HP, em. edd. ex l. l. occupatum d* | 11 his qui] isque *H<sup>1</sup>* |  
12 diuersis *P* | 14 frustratus] eluctatus *d ex l. l.* | 16 *idem ex-*  
*emplum 4, 5, 10* | *cons. HP* | 17 quintum *HP* | ceditium *P* |  
18 calpurnium *P* | Flammam *edd. ex l. l. fama HP* | pl. fama  
uoc. calpurnium *H* | 19 is *H* hic *P* | dimissum *HP, em. d ex*  
*l. l.* | 20 omnia *HP, em. Oud. ex l. l.* | 21 deposcit *H* | 23 de-  
currit *H<sup>1</sup>* | et *del. Oud. coll. l. l.* | 25 retentus *d ex l. l. petendos*  
*HP* | 27 *Q. Oud. coll. Liu. 34, 54 L. HP* | minutius *H* | dimisso *P*

gustias exercitu, cum iam omnibus obuersaretur Cau-  
 dinae cladis exemplum, Numidas auxiliares, tam propter  
 ipsorum quam propter equorum deformitatem despi-  
 ciendos, iussit adequitare faucibus quae tenebantur.  
 5 primo intenti hostes, ne lacesserentur, stationem ob-  
 iecerunt. de industria Numidae ad augendum sui  
 contemptum labi equis et per ludibrium spectaculo  
 esse adfectauerunt. ad nouitatem rei laxatis ordinibus  
 barbari in spectaculum usque resoluti sunt. quod ubi  
 10 animaduenterunt Numidae, paulatim succedentes additis  
 calcaribus per intermissas hostium stationes eruperunt:  
 quorum deinde cum proximos incenderent agros, ne-  
 cesse Liguribus fuit auocari ad defendenda sua inclu-  
 sosque Romanos emittere.

15 17. L. Sulla, bello sociali apud Aeserniam inter  
 angustias deprehensus ab exercitu hostium, cui Duil-  
 lius praeerat, conloquio petito de condicionibus pacis  
 agitabat sine effectum: hostem tamen propter indutias  
 negligentia resolutum animaduertens, nocte profectus  
 20 relicto bucinatore, qui uigilias ad fidem remanentium  
 diuideret et quarta uigilia commissa consequeretur,  
 incolumes suos cum omnibus impedimentis tormentis-  
 que in tuta perduxit.

25 18. Idem aduersus Archelaum praefectum Mithri-  
 datis in Cappadocia, iniquitate locorum et multitudine  
 hostium pressus, fecit pacis mentionem interpositoque  
 tempore etiam indutiarum et per haec auocata inten-  
 tione aduersarium euasit.

1 obuersaretur — cladis *om.* *H*<sup>1</sup> | aduersaretur *P* | claudia-  
 nae *hP*, *em. d ex Liu. 35, 11* | 2 auxiliatores *H* | 3 dispiciendos  
*H*<sup>1</sup> | 5 lascerentur *H* | 6 dein de *Stew.* | 7 equos *P* | 11 missas  
*H*<sup>1</sup> | eruperunt *H ante ras.* | 12 proximis *H* | incenderent *Hartel*  
*coll. Liu. 35, 11, 11* indeŕt *H* inierunt *P* inruerent *d*; *cf.*  
*p. 25, 12. 26, 6* | 14 romanos *H*, *sed oman in ras.* | 15 sylla *H*  
 silla *P* | 16 ad exercitum *HP*, *em. Mod.* | duillius *HP* Mutilus  
*Oud. ex Vell. 2, 16. Appian. b. c. 1, 40 sqq.* C. Vidacilius *uel*  
*P. Vettius coll. Oros. 5, 18, 16. 21. Appian. l. l. conicias etiam*  
*probabilius* | 18 cogitabat *H ante ras.* | 21 et *om. H* | 23 in-  
 duta *H* | 24 mitridatis *HP* | 27 auocato *H*

19. Hasdrubal frater Hannibalis, cum saltum non posset euadere, faucibus eius obsessis, egit cum Claudio Nerone receptique dimissum Hispania excessurum. cauillatus deinde condicionibus dies aliquot extraxit, quibus omnibus non omisit per angustos tramites et 5 ob id neglectos dimittere per partes exercitum: ipse deinde cum reliquis expeditis facile effugit.

20. Spartacus fossam, qua erat a M. Crasso circumdatus, caesis captiuorum pecorumque corporibus noctu repleuit et supergressus est. 10

21. Idem, in Vesuio obsessus ea parte, qua mons asperrimus erat ideoque incustoditus, ex uimine siluestri catenas conseruit: quibus demissus non solum euasit, uerum etiam ex alio latere Clodium ita terruit, ut aliquot cohortes gladiatoribus quattuor et septua- 15 ginta cesserint.

22. Idem, cum a P. Varinio proconsule praeclusus esset, palis per modica interualla fixis ante portam erecta cadauera, adornata ueste atque armis, alligauit, ut procul intuentibus stationis species esset, ignibus 20 per tota castra factis: imagine uana deluso hoste copias silentio noctis eduxit.

23. Brasidas dux Lacedaemoniorum, circa Amphipolim ab Atheniensium multitudine numero inpar deprehensus, claudendum se praestitit, ut per longum 25 coronae ambitum extenuaret hostilem frequentiam, quaque rarissimi obstabant, erupit.

24. Iphicrates in Thracia, cum depresso loco castra posuisset, explorasset autem ab hoste proximum teneri

---

2 .cl. HP | 4 cauillatos HP, em. edd. cauillatis d | 5 angustas H | 6 obiit H | 7 reliquis H, sed s in ras. duarum litt. h | 8 Spatacus H | 9 pecorum quoque HP, em. d | 11 besbio HP, em. Oud. Vesuio edd. | 12 erat atque ideoque H: cf. u. 19 | uimine] uite Freinsheim coll. Flor. 3, 20, 4. Plut. Crass. 9 | 13 dimissus H | 14 glodium H gladium P, em. Mod. | 17 a P. Oud. ex Liu. 95. Plut. Crass. 9 ab. L. H abl. P | procoñe. HP | 19 erectam H | atque om. H: cf. u. 12 | 20 strationis (is ex es corr.) H | 28 idem fere exemplum 2, 12, 4 | 29 autem — teneri] aũ neri H<sup>1</sup>

collem, ex quo unus ad opprimendos ipsos descensus erat, nocte paucis intra castra relictis imperavit, multos ignes facerent, eductoque exercitu et disposito circa latera praedictae viae passus est transire barbaros: locorumque iniquitate, in qua ipse fuerat, in illos conuersa, parte exercitus terga eorum cecidit, parte castra cepit.

25. Darius, ut falleret Scythas discessu, canes atque asinos in castris reliquit: quos cum latrantes rudentesque hostis audiret, remanere Darium credidit.

26. Eundem errorem obiecturi nostris Ligures per diuersa loca buculos laqueis ad arbores alligauerunt, qui diducti frequentiore mugitu speciem remanentium praebebant hostium.

27. Hanno, ab hostibus clausus, locum eruptioni maxime aptum adgestis leuibus materiis incendit: tum hoste ad ceteros exitus custodiendos auocato milites per ipsam flammam eduxit, admonitos ora scutis, crura ueste contegere.

28. Hannibal, ut iniquitatem locorum et inopiam instante Fabio Maximo effugeret, noctu boues, quibus ad cornua fasciculos alligauerat sarmentorum, subiecto igne dimisit; cumque ipso motu adolescente flamma turbaretur pecus, magna discursatione montes, in quos actum erat, conlustrauit. Romani, qui ad speculandum concurrerant, primo prodigium opinati sunt; dein cum certa Fabio renuntiassent, ille insidiarum metu suos castris continuit: barbari obsistente nullo profecti sunt.

---

1 decessus *H*<sup>1</sup> | 2 multo fignes *H*<sup>1</sup> | 4 praedicta *HP*, *em. d* | 5 ipsa *H* | 7 cepit *Cuper* fecit *HP* | 8 Dareus *P*, *item infra* | 10 hostis *H*, *sed i in ras. h* | 12 Ligures] Silures *Ded.* | 13 buculos *d* bucabulos *HP* bubalos *edd.* | 14 deducti *HP*, *em. Oud.* edito *Stew.* | 17 cum *HP*, *em. d* | 24 ipse *H* | adolescente *H*<sup>1</sup> *P* | 27 deinde *d* | 28 ille de *d* | 29 proiecti *H*

## VI. DE INSIDIIS IN ITINERE FACTIS.

1. Fulvius Nobilior, cum ex Samnio in Lucanos exercitum duceret et cognouisset a perfugis hostes nouissimum agmen eius adgressuros, fortissimam legionem primo ire, ultima sequi iussit impedimenta. 5 ita factum pro occasione amplexi hostes diripere sarcinas coeperunt: Fulvius legionem, de qua supra dictum est, quinque cohortes in dextram viae partem direxit, quinque ad sinistram, atque ita praedationi intentos hostes explicato per utraque latera milite 10 clausit ceciditque.

2. Idem, hostibus tergum eius in itinere prementibus, flumine interueniente non ita magno, ut transitum prohiberet, moraretur tamen rapiditate, alteram legionem in occulto citra flumen conlocavit, ut hostes 15 paucitate contempta audacius sequerentur: quod ubi factum est, legio, quae ob hoc disposita erat, ex insidiis hostem adgressa uastavit.

3. Iphicrates in Thracia, cum propter condicionem locorum longum agmen deduceret et nuntiatum esset 20 ei hostes summum id adgressuros, cohortes in utraque latera secedere et consistere iussit, ceteros suffugere et iter maturare; transeunte autem toto agmine lectissimos quosque retinuit et ita passim circa praedam occupatos hostes, iam etiam fatigatos, ipse requietis 25 et ordinatis suis adgressus fudit exiitque praeda.

4. Boii in silua Litana, quam transiturus erat

---

1 in *et factis om.* P | 7 fulvius H, *sed* ul *in ras.* h | legionis d | 8 quinque] .V. H | 9 praedationi H, *sed alt.* a *in ras.* h | 13 dum flumine P, *ubi nomen fluminis latere coni.* Oud. | non ita (lata H<sup>1</sup>) magno H *superscr. habet* | ut *om.* H<sup>1</sup> | 14 tamen H *in ras.* | alterum H<sup>1</sup> | 15 hostis H | 17 legio *om.* H<sup>1</sup> | 18 uastavit H *in ras.* | 19 Thracia Hartel *traciam* H<sup>1</sup> *thraciam* h P | 20 agmen *om.* H | *du*duceret H<sup>1</sup> | in longum a. *did*uceret — ob id Hartel | 27 Boii in P Boui in C Boni H<sup>1</sup> Bouini h | latina CHP, *em. edd. ex Liu. 23, 24* | quam Ch P quem H<sup>1</sup> qua d

noster exercitus, succiderunt arbores ita, ut parte exigua sustentatae starent, donec inpellerentur; delituerunt deinde ad extremas ipsi ingressoque siluam hoste <per> proximas superiores inpulerunt: eo modo  
5 propagata pariter supra Romanos ruina magnam manum eliserunt.

VII. QUEMADMODUM EA, QUIBUS DEFICIEMUR, VIDEANTUR NON DEESSE AUT USUS EORUM EXPLEATUR.

1. L. Caecilius Metellus, quia usu nauium, quibus  
10 elephantos transportaret, deficiebatur, iunxit dolia construitque tabulatis ac super ea positos per Siculum fretum transmisit.

2. Hannibal, cum in praealti fluminis transitum elephantos non posset compellere nec nauium aut materiarum, quibus rates construerentur, copiam haberet,  
15 iussit ferocissimum elephantum sub aure uulnerari et eum qui uulnerasset tranato statim flumine procurrare: elephantis exasperatus ad persequendum doloris sui auctorem tranauit amnem et reliquis idem audendi  
20 fecit exemplum.

3. Carthaginiensium duces instructuri classem, quia sparto deficiebantur, crinibus tonsarum mulierum ad funes efficiendos usi sunt.

[4. Idem Massilienses et Rhodii fecerunt.]

25 5. M. Antonius a Mutina profugus cortices proscutis militibus suis dedit.

1 succiderant *d* | ex parte *P* | 2 delituerant *HP*, corr. *d* | 4 per *suppleui* proximis *Goetz* proximas in *Tenn.* in proximas *Oud.* | 5 propugnata *H*<sup>1</sup>

7 deficiemur *scripsi* deficiemur *H* deficiemus *P*: cf. *praef.* § 14 | 8 ut *P* | 9 usus *HP*, corr. *d* | 11 tabulatis *H*, sed *s in ras.* *duarum litt. h* tabulamentis *P* | 15 construerentur *d* consternerentur *H* continerentur *CP* contexerentur *Oud.* | habere *CH* | 16 elephantem *H*<sup>1</sup> | 19 audiendi *HP* ante *ras.* | 21 Chartaginiensium *C* Carthaginiensium *h* | 24 exemplum alienum est: cf. *praef.* § 9



6. Spartaco copiisque eius scuta ex uimine fuerunt, quae coriis tegebantur.

[7. Non alienus, ut arbitrator, hic locus est referendi factum Alexandri Macedonis illud nobile, qui per deserta Africae itinera grauissima siti cum exercitu adfectus oblatam sibi a milite in galea aquam spectantibus uniuersis effudit, utilior exemplo temperantiae, quam si communicare potuisset.]

### VIII. DE DISTRINGENDIS HOSTIBVS.

1. Coriolanus, cum ignominiam damnationis suae bello ulcisceretur, populationem patriciorum agrorum inhibuit, deustis uastatisque plebeiorum, ut discordiam moueret, qua consensus Romanorum distringeret.

2. Hannibal Fabium, cui neque uirtute neque artibus bellandi par erat, ut infamia distringeret, agris eius abstinuit, ceteros populatus. contra ille, ne suspecta ciuibus fides esset, magnitudine animi effecit, publicatis possessionibus suis.

3. Fabius Maximus quinto consul, cum Gallorum et Umbrorum, Etruscorum, Samnitium aduersus populum Romanum exercitus coissent, contra quos et ipse trans Appenninum in <Sentin>ate castra commeniebat, scripsit Fuluius et Postumio, qui in praesidio urbi erant, copias ad Clusium mouerent. quibus adsecutis ad sua defendenda Etrusci Umbrique deuer-

1 Spartago *H* | 3 exemplum alienum: cf. praef. § 9 | 4 ante Mac. tres fere litt. erasae *H* | 5 itinera eicit Barth itinerans uel itinere temptauit | 6 a om. *H* | 7 utiliore *d* | 8 c. uoluisset *d* communicatum potasset *Scr.* c. potum iussisset *Hartel*

10 Corio lanus *H*, sed prior o in ras. *h* | 12 uastisque plebiorum *H* | 13 distringeretur *edd.* | 15 destringeret. *d* | 20 et del. *edd.* | et Tuscorum Samnitiumque *d* | 22 appenninuate *HP*, em. *Oud.* ex *Liu.* 10, 27 Appenninum montem *edd.* | 23 flauio *H*<sup>1</sup> | in delet. *Ded.* | 24 urbis *d* | ad Clusium *Mod.* ex *Liu.* 10, 27 adscitium *H* adscitium *P* ad Asisium *Tenn.* | obsecutis uel id secutis *Oud.* | 25 defen denda *H*, sed defen in ras. et den ex dan *h* | descenderunt *d*

terunt: relictos Samnites Gallosque Fabius et collega Decius adgressi uicerunt.

4. M'. Curius aduersus Sabinos, qui ingenti exercitu conscripto relictis finibus suis nostros occupauerant, occultis itineribus manum misit, quae desolatos agros eorum uicosque per diuersa incenderunt: Sabini ad arcendam domesticam uastitatem recesserunt; Curio contigit et uacuos infestare hostium fines et exercitum sine proelio auertere sparsumque caedere.

5. T. Didius, paucitate suorum diffidens, cum in aduentum earum legionum, quas exspectabat, traheret bellum et occurrere eis hostem comperisset, contione aduocata aptari iussit milites ad pugnam ac de industria neglegentius custodiri captiuos: ex quibus pauci, qui profugerant, nuntiauerunt suis pugnam inminere: et illi, ne sub exspectatione proelii diducerent uiris, omiserunt occurrere eis, quibus insidiabantur: legiones tutissime nullo excipiente ad Didium peruenerunt.

6. Bello Punico quaedam ciuitates, quae a Romanis deficere ad Poenos destinauerant, cum obsides dedissent, quos recipere antequam desciscerent studebant, simulauerunt seditionem inter finitimos ortam, quam Romanorum legati dirimere deberent, missosque eos uelut contraria pignora retinuerunt nec ante reddiderunt, quam ipsi reciperent suos.

7. Legati Romanorum, cum misissent ad Antiochum regem, qui secum Hannibalem uictis iam

---

3 M. *HP*, em. *Scr.* | 6 incendit *P*: an incenderent? | 8 et om. *H* | 10 paucitati *d* | inaduentum *H* | 15 profugerunt *HP*, corr. *Oud.* | 16 et nos at *HP* | sub exspectatione *Hartel coll. Colum. 1, 1* suspectione *HP* suspectione *d* suspicione *edd.* exspectatione *Oud.* | proelii *d* proeliis *HP* | at illi nihil suspicati, ne proeliis antea temptaueram | deducerent *HP*, em. *d* | 17 uires *P* | eis] et *H* | insidiabatur *H*<sup>1</sup> | 20 exemplum alienum putat *Wachsmuth: cf. praef. § 9* | 21 destinauerunt *HP*, corr. *d* | obsident *H*<sup>1</sup> | 23 simulauerat *H*<sup>1</sup> simulauerant *h* | 26 recuperarent *P* | 27 missi essent *d* issent *H* misissent *P*

Carthaginensibus habebat consiliumque eius aduersus Romanos instruebat, crebris cum Hannibale conloquiis effecerunt, ut is regi fieret suspectus, cui gratissimus alioquin et utilis erat propter calliditatem et peritiam bellandi.

8. Q. Metellus aduersus Iugurtham bellum gerens missos ad se legatos eius corrupit, ut sibi proderent regem; cum et alii uenissent, idem fecit; eodem consilio usus est et aduersus tertios. sed de captiuitate Iugurthae res parum processit: uiuum enim tradi sibi 10 uolebat. plurimum tamen consecutus est: nam cum interceptae fuissent epistulae eius ad regios amicos scriptae, in omnis eos rex animaduertit spoliatusque consiliis amicos postea parare non potuit.

9. C. Caesar, per exceptum quendam aquatorem 15 cum comperisset Afranium Petreiumque castra noctu moturos, ut citra uexationem suorum hostilia impediret consilia, initio statim noctis uasa conclamare milites et praeter aduersariorum castra agi mulos cum fremitu et sono iussit: continuere se, quos retentos 20 uolebat, arbitrati castra Caesarem mouere.

10. Scipio Africanus ad excipienda auxilia cum com meatibus Hannibali ueni<entia Min>ucium Thermum dimisit, ipse subuenturus.

11. Dionysius Syracusanorum tyrannus, cum Afri 25 ingenti multitudine traiecturi essent in Siciliam ad eum oppugnandum, castella pluribus locis communiit custodibusque praecepit, ut ea aduenienti hosti dederent dimissique Syracusas occulte redirent. Afris ne-

1 carthaginensibus *H* | 3 efferunt *H ante corr.* | 4 alioquin] alloquio *H* | 6 iur gurtham *H* | 10 iur gurthae *H* | 12 inceptae *H*<sup>1</sup> | 14 consiliariis *d* | 18 consilia] cum consilio *H* | conclamari deleto milites *D. Vossius* | 20 sonum *P* | continuare *hP* | se om. *P* | equos *H* ei quos *Hartel* | 21 arbitrari *P* a caesare *P* | 23 hannibale *HP, em. Gron.* hannibalis *d* | uenientia Minucium *Gron.* nentitium *HP* uenientia (uel uentura) *M. Oud.* | 25 Dionysius *HP, item infra* | 27 communiit *H*<sup>1</sup> communiuit *h: cf. p. 28, 18. 51, 1* | 28 dederunt *H ante corr.* | 29 dimissique *H*

cesse fuit capta castella praesidio obtinere: quos Dionysius, redactos ad quam voluerat paucitatem, paene iam par numero adgressus uicit, cum suos contraxisset et aduersarios sparsisset.

5 12. Agesilaus Lacedaemonius, cum inferret bellum Tissaphernae, Cariam se petere simulauit, quasi aptius locis montuosis aduersus hostem equitatu praeualem pugnaturus. per hanc consilii ostentationem auocato in Cariam Tissapherne, ipse Lydiam, ubi caput hostium  
10 regni erat, inrupit oppressisque, qui illic agebant, pecunia regia potitus est.

#### VIII. DE SEDITIONE MILITUM COMPESCENDA.

1. Aulus Manlius consul, cum comperisset coniurasse milites in hibernis Campaniae, ut iugulatis  
15 hospitibus ipsi res inuaderent eorum, rumore sparsit, eodem loco hibernaturos: atque ita <dilato> coniuratorum consilio Campaniam periculo liberauit et ex occasione nocentes puniit.

2. L. Sulla, cum legiones ciuium Romanorum per-  
20 niciosa seditione furerent, consilio restituit sanitatem efferatis. prope enim adnuntiari iussit, hostem adesse, et ad arma uocantium clamorem tolli, signa canere: discussa seditio est uniuersis aduersus hostem consentientibus.

25 3. Cn. Pompeius, trucidato ab exercitu Mediolani

---

1 obtinere *Heinsius*: cf. 3, 3, 1. 6, 1 ibi tenere *HP* militum tenere *d* | 3 par *om.* *H*<sup>1</sup> | 5 lacedaemoniis *H* | 6 tissapherne *H* Tissapherni *edd.* | cariam *om.* *H*<sup>1</sup> | se petere] repetere *H* | 7 equitatum *H* | 9 Lydiam — caput *om.* *H* | 10 oppresit quique (quequi *corr. h*) *H* | illi *H*<sup>1</sup>

13 Manlius *edd.* malius (i *superscr. H*) *CH* mallius *P* C. Marcius *Stew. ex Liu.* 7, 38, 8 | comperissent *H* ante *corr.* | 15 spargit *P* | 16 eodem dein *Oud.* eodem denuo *Hartel* iterum eodem *O. Hirschfeld* | dilato *suppleui coll. Liu.* 7, 38, 9 conturbato *add. Hartel* turbato *post consilio suppleui edd.* | 19 sylla *HP* | 22 uocatum *H* ante *corr.* | 25 trucidato *H*<sup>1</sup>

senatu, ne tumultum moueret, si solos euocasset nocentes, mixtos eis qui extra delictum erant uenire iussit. ita et noxii minore cum metu, quia non segregati ideoque non ex causa culpae uidebantur arcessiri, paruerunt et illi, quibus integra erat conscientia, 5 custodiendis quoque nocentibus adtenderunt, ne illorum fuga inquinarentur.

4. C. Caesar, cum quaedam legiones eius seditionem mouissent, adeo ut in perniciem quoque ducis uiderentur consurrecturae, dissimulato metu processit 10 ad milites postulantibusque missionem ultro minaci uultu dedit: exauctoratos paenitentia coegit satisfacere imperatori obsequentioresque in reliqua opera se dare.

#### X. QUEMADMODUM INTEMPESTIVA POSTULATIO PUGNAE INHIBEATUR.

15

1. Q. Sertorius, quod experimento didicerat inparem se uniuerso Romanorum exercitui, ut barbaros quoque inconsulte pugnam exposcentes doceret, adductis in conspectum duobus equis, praeualido alteri, alteri admodum exili duos admouit iuuenes similiter ad- 20fectos, robustum et gracilem. ac robustiori imperauit equo exili uniuersam caudam abrumpere, gracili autem ualentiore per singulos <pilos> uellere. cumque gracilis fecisset quod imperatum erat, ualidissimus cum infirmi equi cauda sine effectum luctaretur, 'naturam', 25

1 solouocasset *H*<sup>1</sup> | 3 ut minore *H* | 4 arcessiri *P* | 5 comparuerunt *edd.* | quin *H* ante *corr.* | erat] uera *H* | 8 caesarum-  
quae *H* in *ras.* | 12 uultu *P* | 13 reliquum *P* | operas *P* ante  
*ras.* | se dare nos sedere *HP* se dedere *Hartel* in reliquum  
operas edere *edd.*

14 titulum *om.* *CH* | 16 idem exemplum 4, 7, 6 | 17 exer-  
citu *H*, sed exer eadem *man. et alt.* i h in *ras.* | 19 alteri  
*semel om.* *P* | 20 adfectos] electos *l. l.* | 23 ualentioris *Oud. ex*  
*l. l.* | singula *P* | pilos *suppl. edd. ex l. l.* | 24 fecisset] uicis-  
set *H* gracili successisset *Hartel ex l. l.* | 25 infirmis *H* in-  
firmioris *Hartel, sed cf. praef. § 14*

inquit Sertorius, 'Romanarum cohortium per hoc uobis exemplum ostendi, milites: insuperabiles sunt uniuersas adgredienti; easdem lacerabit et carpet, qui per partes adtemptauerit'.

5 2. Idem, cum uideret suos pugnae signum inconsulte flagitantes crederetque rupturos imperium, nisi congregarentur, permisit turmae equitum ad lacessendos hostes ire laborantique submisit alias et sic recepit omnes tutiusque et sine noxa ostendit, quis  
10 exitus flagitatum pugnam mansisset: obsequentissimis inde eis usus est.

3. Agesilaus Lacedaemonius, cum aduersus Thebanos castra super ripam posuisset multoque maiorem hostium manum esse intellexeret et ideo suos arcere  
15 a cupiditate decernendi uellet, dixit responso deum se ex collibus pugnare iussum et ita exiguo praesidio ad ripam posito accessit in colles: quod Thebani pro metu interpretati transierunt flumen et, cum facile depulissent praesidium, ceteros insecuti audius iniqui-  
20 tate locorum a paucioribus uicti sunt.

4. Scorylo dux Dacorum, cum sciret dissociatum armis ciuilibus populum Romanum neque tamen sibi temptandum arbitraretur, quia externo bello posset concordia inter ciues coalescere, duos canes in con-  
25 spectu popularium commisit iisque acerrime inter ipsos pugnantibus lupum ostendit, quem protinus canes omissa inter se ira adgressi sunt: quo exemplo prohibuit barbaros ab impetu Romanis profuturo.

---

1 romanorum *H* | 3 adgredientibus *P* | 8 ira *H* ante corr. | 9 tutiusque *Goetz* tutisque *HP* tutisque utrisque *d* tum utrisque *Oud.* tuto eisque *Hartel* | noxia *H* ante ras. | 11 uisus *H* ante ras. | 12 theabanos *H* ante ras. | 13 posuissent *P* | maiore in *H* | 14 arceret *H* | 15 responsum *H* ante corr. | 19 audius *H* ante corr. | 22 sibi *d* ibi *HP* | 24 in *HP*, corr. *d* | 25 hisque *C* usque *H*

XI. QUOMODUM INCITANDUS SIT AD PROELIUM  
EXERCITUS.

1. M. Fabius et Cn. Manlius consules aduersus Etruscos propter seditiones detractante proelium exercitū ultro simulauerunt cunctationem, donec milites 5 probris hostium coacti pugnam deposcerent iurarentque se ex ea uictores redituros.

2. Fuluius Nobilior, cum aduersus Samnitium numerosum exercitum et successibus tumidum paruis copiis necesse haberet decertare, simulauit unam le- 10 gionem hostium corruptam a se ad proditionem imperauitque ad eius rei fidem tribunis et primis ordinibus et centurionibus, quantum quisque numeratae pecuniae aut auri argentique haberet conferret, ut repraesentari merces proditoribus posset; se autem 15 his qui contulissent pollicitus est consummata uictoria ampla insuper praemia daturum: quae persuasio Romanis alacritatem attulit et fiduciam, unde etiam praeclara uictoria commisso statim bello parata est.

3. C. Caesar aduersus Germanos et Ariouistum 20 pugnaturus confusis suorum animis pro contione dixit, nullius se eo die opera nisi decimae legionis usurum: quo consecutus est, ut decimani tamquam praecipuae fortitudinis testimonio concitarentur et ceteri pudore, ne penes alios gloria uirtutis esset. 25

4. Q. Fabius, quia egregie sciebat et Romanos eius esse libertatis, quae contumelia exasperaretur, et a Poenis nihil iustum aut moderatum expectabat, misit legatos Carthaginem de condicionibus pacis: quas cum

1 XI.] .X. H | 3 mallius HP, corr. edd. ex Liu. 2, 43, 11 | consul H cōns P | 4 detractante P | 5 simulauit HP, em. edd. | 6 coactu H ante ras. | 9 timidum H | 12 eius ad eius H | 14 aut om. H<sup>1</sup> | 15 praesentari H<sup>1</sup> | possent H | 16 iis P | contulisset H | 17 super H ante corr. | 19 patrata hP parta Oud. | 20 idem exemplum 4, 5, 11 | ariouixtum HP | 24 testimoni H<sup>1</sup> cogerentur HP, corr. Ded. ex l. l. | 26 qui P | 27 exasperatur P | a] iam H<sup>1</sup> | 29 legatos/// (duae fere litt. erasae) H

illi iniquitatis et insolentiae plenas retulissent, exercitus Romanorum ad pugnandum concitatus est.

5 5. Agesilaus Lacedaemoniorum dux, cum prope ab Orchomeno socia ciuitate castra haberet comperissetque plerosque ex militibus pretiosissima rerum deponere intra munimenta, praecepit oppidanis, ne quid ad exercitum suum pertinens reciperetur, quo ardentius dimicaret miles, qui sciret sibi pro omnibus suis pugnandum.

10 6. Epaminondas dux Thebanorum aduersus Lacedaemonios dimicaturus, ut non solum uiribus milites sui, uerum etiam adfectibus adiuuantur, pronuntiauit in contione destinatum Lacedaemoniis, si uictoria potirentur, omnes uirilis sexus interficere, uxoribus autem eorum et liberis in seruitutem abductis Thebas diruere:  
15 qua denuntiatione concitati primo impetu Thebani Lacedaemonios expugnauerunt.

7. Leotychidas dux Lacedaemoniorum classe pugnaturus eodem die, quo uicerant socii, quamuis ignarus actae rei uulgauit nuntiatam sibi uictoriam partium,  
20 quo constantiores ad pugnam milites haberet.

8. Aulus Postumius proelio, quo cum Latinis conflictit, oblata specie duorum in equis iuuenum animos suorum erexit, Pollucem et Castorem adesse dicens, ac sic proelium restituit.

25 9. Archidamus Lacedaemonius aduersus Arcadas bellum gerens arma in castris statuit et circa ea duci equos noctu clam imperauit: quorum uestigia mane, tamquam Castor et Pollux perequitassent, ostendens adfuturos eosdem ipsis proeliantibus persuasit.

---

3 lacedemoniom *H*<sup>1</sup> | 11 adiectibus *H* | 12 condicione *H* | poterentur *H*<sup>1</sup> | 16 pugnauerunt *H* | 17 Euthidas *CHP*, *em. Casaub. ex Polyæn. 1, 33* Leutychidas *Scr.* | classe — quo *Oud.* quo classem *HP* classem *delendum coni. idem Oud.* | 19 partium *sanum: cf. p. 35, 20. 72, 11. Curt. 4, 1, 35. 8, 13. 9, 2. 16, 4* | 21 Iulius *C Iul. HP, em. d* | 22 in — animos *in ras. pro Cast.* — sic *H* | 23 et Castorem *om. P* | 25 archadas *HP* | 26 arma] *aram Casaub. aram et arma Oud. ex Polyæn. 1, 41, 1* | 27 duci duos *Herelius* | 28 perequitasset *HP, em. d*



10. Pericles dux Atheniensium initurus proelium, cum animaduertisset lucum, ex quo utraque acies conspici poterat, densissimae opacitatis, uastum alioquin et Diti patri sacrum, ingentis illic staturae hominem, altissimis coturnis et ueste purpurea <ac> coma uenerabilem, in curru candidorum equorum sublimem constituit, qui dato signo pugnae proueretur et uoce Periclem nomine appellans cohortaretur eum diceretque deos Atheniensibus adesse: quo paene ante coniectum teli hostes terga uerterunt. 5 10

11. L. Sulla, quo paratiorem militem ad pugnam haberet, praedici sibi a diis futura simulauit. postremo etiam in conspectu exercitus, priusquam in aciem descenderet, signum modicae amplitudinis, quod Delphis sustulerat, orabat petebatque, promissam uictoriam maturaret. 15

12. C. Marius sagam quandam ex Syria habuit, a qua se dimicationum euentus praediscere simulabat.

13. Q. Sertorius, cum barbaro et rationis indocili milite uteretur, ceruam candidam insignis formae per Lusitaniam ducebat et ab ea se quae agenda aut uitanda essent, praenoscere adseuerabat, ut barbari ad omnia tamquam diuinitus imperata oboedirent. 20

[Hoc genere strategematon non tantum ea parte utendum est, qua inperitos existimabimus esse, apud quos his utemur, sed multo magis ea, qua talia erunt, quae excogitabuntur, ut a diis monstrata credantur.] 25

14. Alexander Macedo sacrificaturus inscripsit medicamento haruspiciis manum, quam ille extis erat suppositurus. litterae significabant uictoriam Alexan- 30

3 poterit *H* | 5 ac *suppl. d* | 6 sublimen *H* | 7 forte et <magna> uoce | 8 periclen *P* | nomine *om. d* | 9 quo] qui *H*<sup>1</sup> | poene *H* | perterriti *Oud.* | | 11 *exempla 11—13 eicit Woelfflin: cf. praef. § 9* | sylla *HP* | 12 diis *H* | dis *H* ante *corr. et P* | 17 signam *H*<sup>1</sup> | sagnam *h* | quandam *H*, sed *n in ras. h* | 20 milites *H*<sup>1</sup> | limite *P* | 24 Hoc — credantur *eiecit Stew.: cf. praef. § 9* | 25 quam *P* | existimauimus *H* | 26 qua *d* que *H*<sup>1</sup> quae *h P* | ea utilia erunt *Oud.* | 27 a diis] adhis *P* | ata credantur *in ras. h*

dro dari: quas cum iecur calidum rapuisset et a rege militi esset ostensum, auxit animum tamquam deo spondente uictoriam.

[15. Idem fecit Sudines haruspex proelium Eumene  
5 cum Gallis commissuro.]

16. Epaminondas Thebanus aduersus Lacedaemonios, fiduciam suorum religione adiuuandam ratus, arma quae ornamentis adfixa in templis erant nocte subtraxit persuasitque militibus deos iter suum sequi,  
10 ut proeliantibus ipsis adessent.

17. Agesilaus Lacedaemonius, cum quosdam Persarum cepisset, quorum habitus multum terroris praefert, quotiens ueste tegitur, nudatos militibus suis ostendit, ut alba corpora et umbratica contemnerentur.

15 18. Gelo Syracusarum tyrannus bello aduersum Poenos suscepto, cum multos cepisset, infirmissimum quemque praecipue <ex> auxiliariis, qui nigerrimi erant, nudatum in conspectum suorum produxit, ut persuaderet contemnendos.

20 19. Cyrus rex Persarum, ut concitaret animos popularium, tota die in excidenda silua quadam eos fatigauit; deinde postridie praestitit eis liberalissimas epulas et interrogauit, utro magis gauderent. cumque ei praesentia probassent, 'atqui per haec', inquit, 'ad  
25 illa perueniendum est: nam liberi beatique esse, nisi Medos uiceritis, non potestis': atque ita eos ad cupiditatem proelii concitauit.

20. L. Sulla, quia aduersus Archelaum praefectum

---

4 exemplum alienum: cf. praef. § 9 | Sudines Casaub. ex Polyen. 4, 20; cf. Strab. 16, 6 ynides HP | auspex HP, corr. d | 5 commissuros H<sup>1</sup> | 6 Epimanondas H | 9 inter H<sup>1</sup> | 11 quasdam H | p///sarum (duae litt. erasae) H | 12 coepissent (n exp.) H | habitatus H ante ras. | profert H: an offert? | 14 ctemnerentur H, sed e in ras. h contemnerent edd. | 15 syracusorum P syracusanorum d coll. p. 27, 25 | 17 ex suppl. d | 18 conspectum H, sed m expunct et erasit eadem, ut uid., manus conspectu P | 20 persararum H ante ras. | 21 excitanda H | 24 eis H ante ras. | 28 sylla HP

Mithridatis apud Pirae(e)a pigrioribus ad proelium militibus utebatur, opere eos fatigando compulit ad poscendum ultro pugnae signum.

21. Fabius Maximus ueritus, ne qua fiducia nauium, ad quas refugium erat, minus constanter pugnaret 5 exercitus, incendi eas, priusquam iniret proelium, iussit.

XII. DE DISSOLVENDO METU, QUEM MILITES <EX> ADVERSIS CONCEPERINT OMINIBUS.

1. Scipio, ex Italia in Africam transportato exercitu, cum egrediens naue prolapsus esset et ob hoc 10 attonitos milites cerneret, id quod trepidationem adferebat, constantia et magnitudine animi in hortationem conuertit et 'plaudite', inquit, 'milites, Africam oppressi'.

2. C. Caesar, cum forte conscendens nauem lapsus 15 esset, 'teneo te, terra mater', inquit: qua interpretatione effecit, ut repetiturus illas a quibus proficisceretur terras uideretur.

3. T. Sempronius Gracchus consul, acie aduersus Picentes directa, cum subitus terrae motus utrasque 20 partes confudisset, exhortatione confirmauit suos et inpulit, consternatum superstitione inuaderent hostem, adortusque deiecit.

4. Sertorius, cum equitum scuta extrinsecus equorumque pectora cruenta subito prodigio apparuissent, 25 uictoriam portendi interpretatus est, quoniam illae partes solerent hostili cruore respergi.

1 mitridatis *HP* | Piraeaa *Oud.* pyrea *HP* pirem d: cf. p. 52, 26 | 4 quia *HP*, corr. d | 5 adaquas *H*

7 XII] XI *h in ras.* | ex *suppl. d ex p. 3, 24* | 8 hominibus *P* | 10 nauī *h nauem edd.* | 13 plaudite *Gulielmius* audite *HP* audete uel uidete *Scr.* gaudete *Oud.* | 16 quia *H<sup>1</sup>* | 17 efficit *H<sup>1</sup>* | Italas *Buh.* | 18 terras *H*, sed s *in ras. h* | 19 semphronius *H* | gracchus *P* | P. Sempronius Sophus *Pighius* Gracchus eicit *Oud.*: cf. *praef. § 11* | 21 partis *P* | 22 inpulit ut *P* | 23 adortusque *d* adhortatis *H<sup>1</sup>* adhortatusque *hP* | uicit *H<sup>1</sup>*

5. Epaminondas Thebanus contristatis militibus, quod ex hasta eius ornamentum infulae more dependens uentus ablatum in sepulchrum Lacedaemonii cuiusdam depulerat, 'nolite', inquit, 'milites, trepidare; 5 Lacedaemoniis significatur interitus: sepulchra enim funeribus ornantur'.

6. Idem, cum fax de caelo nocte delapsa eos qui animaduenterunt terruisset, 'lumen', inquit, 'hoc numina ostendunt'.

10 7. Idem, instante aduersus Lacedaemonios pugna, cum sedile in quo resederat succubisset et id uulgo pro tristi [exciperetur] significatione confusi milites interpretarentur, 'immo', inquit, 'uetamur sedere'.

15 8. C. Sulpicius Gallus defectum lunae imminentem, ne pro ostento exciperent milites, praedixit futurum, additis rationibus causisque defectionis.

20 9. Agathocles Syracusanus aduersus Poenos, simili eiusdem sideris deminutione quia sub diem pugnae ut prodigio milites sui consternati erant, ratione qua id accideret exposita docuit, quidquid illud foret, ad rerum naturam, non ad ipsorum propositum pertinere.

25 10. Pericles, cum in castra eius fulmen decidisset terruissetque milites, aduocata contione lapidibus in conspectu omnium conlisis ignem excussit sedauitque conturbationem, cum docuisset similiter nubium adritu excuti fulmen.

11. Timotheus Atheniensis aduersus Corcyraeos

---

1 Epimanondas *CH* | theobanus *H*<sup>1</sup> | 2 inpendens *C* | 4 detulerat *Oud.* | 5 interius *H*<sup>1</sup> | 6 muneribus *Buh.* in funeribus *S. G. De Vries* | 7 quianonaduenterunt *H*<sup>1</sup> qui aduenterunt *P* | 11 sedi//le (*duae litt. erasae*) *H* | 12 exciperetur *del. edd.*: *cf. praef. § 13* | significationem *H ante ras. et P* | pro tristi exciperetur significatione, et sic confusi *d* pro t. exciperetur significatione, ne et sic confusi *Oud.* | 14 *C. Scr. ex Liu. 44, 37 L. HP* | 15 praeduxit *H ante ras.* | 16 abditis *H* | 17 Agathocles *HP* | 18 qua *hP* | 20 accederet *HP, corr. edd.* acciderit *d* | 23 terruissetque (*que superser.*) *H* | 24 conspectum *P* | 25 adritus *H ante ras.* | 27 cercyreaos *H* cercireos *P, corr. edd.*

nauali proelio decertaturus gubernatori suo, qui proficiscenti iam classi signum receptui coeperat dare, quia ex remigibus quendam sternutantem audierat, 'miraris', inquit, 'ex tot milibus unum perfrixisse?'

12. Chabrias Atheniensis classe dimicaturus, ex-<sup>5</sup> cusso ante nauem ipsius fulmine, exterritis per tale prodigium militibus 'nunc', inquit, 'potissimum ineunda pugna est, cum deorum maximus Iuppiter adesse numen suum classi nostrae ostendit'.

---

2 dare//// (*duae fere litt. erasae*) *H* | 3 regmigibus *H* ante  
 ras. | 4 militibus *P* | perfrixisse *H* | 5 Chabris *CHP*, corr. *edd.* |  
 6 nauim *C* | 8 est] sed *H*

---

IULI FRONTINI  
STRATEGEMATON

LIBER SECUNDUS.

Dispositis primo libro exemplis instructuris, ut  
5 mea fert opinio, ducem in his, quae ante <com>missum  
proelium agenda sunt, deinceps reddemus pertinentia  
ad ea, quae in ipso proelio agi solent, et deinde ea,  
quae post proelium.

Eorum, quae ad proelium pertinent, species sunt:

10 I. De tempore ad pugnam eligendo.

II. De loco ad pugnam eligendo.

III. De acie ordinanda.

III. De acie hostium turbanda.

V. De insidiis.

15 VI. De emittendo hoste, ne clausus proelium ex  
desperatione redintegret.

VII. De dissimulandis aduersis.

VIII. De restituenda per constantiam acie.

20 has esse species existimauerim:

VIII. Si res prospere cesserit, de consummandis  
reliquiis belli.

---

1 SEXTI IULII FRONTINI STRATEGEMATON LIBER .I.  
EXPLICIT . INCIPIT EIUSDEM LIBER .II. FELICITER P,  
titulum om. GH; cf. praef. § 8 | 5 commissum edd. iussum  
GHP iustum uel ipsum d initum Scr. | 6 pertinatiā H | 10  
index titulorum (10 — p. 39, 5) deest in G | eligando H<sup>1</sup> | 15 mit-  
tendo H ante corr. | 20 existimauerint H | 21 gesserit H |  
22 reliquis H, item p. 79, 19 | post belli scripserat H: Dereti-  
nendis, quod tamen deleuit eadem manus

- X. Si res durius cesserit, de aduersis emendandis.  
 XI. De dubiorum animis in fide retinendis.  
 XII. Quae facienda sint pro castris, si satis fiducia in praesentibus copiis non habemus.  
 XIII. De effugiendo.

5

## I. DE TEMPORE AD PUGNAM ELIGENDO.

1. P. Scipio in Hispania, cum comperisset Hasdrubalem Poenorum ducem ieiuno exercitu mane processisse in aciem, continuit in horam septimam suos, quibus praeceperat, ut quiescerent et cibum caperent: cumque hostes inedia, siti, mora sub armis fatigati repetere castra coepissent, subito copias <e>duxit et commisso proelio uicit. 10

2. Metellus Pius in Hispania aduersus Hirtuleium, cum ille oriente protinus die instructam aciem uallo eius admouisset, feruidissimo tunc tempore anni intra castra continuit suos in horam diei sextam: atque ita fatigatos aestu facile integris et recentibus suorum uiribus uicit. 15

3. Idem, iunctis cum Pompeio castris aduersus Sertorium in Hispania, cum saepe instruxisset aciem, hoste qui inparem se duobus credebat pugnam detrectante, quodam deinde tempore Sertorianos milites animaduertisset magno impetu instinctos, deposcentes pugnam umerosque exserentes et lanceas uibrantes, existimauit ardori cedendum in tempore recepitque exercitum et Pompeio idem faciendi auctor fuit. 25

4. Postumius consul in Sicilia, cum castra eius a Punicis trium milium passuum spatio distarent et

---

1 gesserit *H* | aduersariis *H*<sup>1</sup> | 2 de *om.* *H*<sup>1</sup> | 3 pro] in *H* | 4 habemus *HP*, *corr. d* | 5 effugendo *H*<sup>1</sup> | 6 elegendo *H* | 7 *P.*] Pre *P* | 8 ieiunio *H*<sup>1</sup> | sane *CGHP*, *corr. d* | processit se *CH*<sup>1</sup> | 11 sit ei *H ante corr.* | 12 duxit *CGHP*, *corr. d* | 16 intra *G* in *HP* | 18 faciles *CH* | recentioribus *C* | 25 exserentes *d* exercentes *GHP* | uibrantis *G*

dictatores Carthaginiensium cotidie ante ipsa muni-  
 menta Romanorum dirigerent aciem, exigua manu  
 leuibus adsidue proeliis pro uallo resistebat. quam  
 consuetudinem contemnite iam Poeno, reliquis omni-  
 5 bus per quietem intra uallum praeparatis, ex more  
 pristino cum paucis sustentauit incursum aduersario-  
 rum ac solito diutius detinuit: quibus fatigatis post  
 sextam horam et iam se recipientibus, [et] cum in-  
 edia quoque laborarent, per recentes suos hostem,  
 10 quem praedicta profligauerant incommoda, fugauit.

5. Iphicrates Atheniensis, quia explorauerat eodem  
 adsidue tempore hostes cibum capere, maturius uesci  
 suos iussit et eduxit in aciem egressumque hostem  
 ita detinuit, ut ei neque configendi neque abeundi  
 15 daret facultatem. inclinato deinde iam die reduxit  
 suos et nihilominus in armis retinuit. fatigati hostes  
 non statione magis quam inedia statim ad curam cor-  
 poris et cibum capiendum festinauerunt: Iphicrates  
 rursus eduxit et incompositi hostis adgressus est  
 20 castra.

6. Idem, cum aduersus Lacedaemonios pluribus  
 diebus castra comminus haberet et utraque pars certis  
 temporibus adsidue pabulatum lignatumque procederet,  
 quodam die militum habitu seruos lixasque dimisit ad  
 25 munera, milites retinuit: et cum hostes dispersi essent  
 ad similia munera, expugnauit castra eorum inermes-  
 que cum fasciculis passim ad tumultum recurrentes  
 facile aut occidit aut cepit.

7. Verginius consul in Volscis, cum procurrere  
 30 hostes effuse ex longinquo uidisset, quiescere suos ac

1 ductores *Oud.* | carthaginiensium (*altera i expuncta*) *H* |  
 4 consuetudine *H* | 5 inter *H* | 8 et *deleui* cum et *edd.* | cu-  
 maeda *H* ante *corr.* | 9 recentis *P* | 13 aggressusque *P* | 14  
 habendi *H* | 17 inaeda *H*<sup>1</sup> | 19 rursus suos *Eussner* | incon-  
 spectu////positi (con *erasum*) *H* | 23 ligatumque *H*<sup>1</sup> | 25 dis-  
 persi essent *d.*: cf. *p.* 42, 28 dispersissent *H* dispersi issent *P* |  
 26 inermisque *P* | 30 effusa *H*, *correxi* effusos *P* | uidisset *H*,  
*sed alt. i in ras. h*



defixa tenere pila iussit: tum anhelantes integris uiribus exercitus sui adgressus auertit.

8. Fabius Maximus non ignarus, Gallos et Samnites primo impetu praeualere, suorum autem infatigabiles spiritus inter moras decertandi etiam incalescere, 5 imperauit militibus, contenti primo congressu sustinere hostem mora fatigarent: quod ubi successit, admoto etiam subsidio suis in prima acie, uniuersis uiribus oppressum fudit hostem.

9. Philippus ad Chaeroniam memor, sibi esse mi- 10 litem longo usu duratum, Atheniensibus acrem quidem, sed inexercitatum et in impetu tantum uiolentum, ex industria proelium traxit: moxque languentibus iam Atheniensibus concitatus intulit signa et ipsos cecidit.

10. Lacedaemonii certiores ab exploratoribus facti, 15 Messenios in eam exarsisse rabiem, ut in proelium cum coniugibus ac liberis descenderent, pugnam distulerunt.

11. C. Caesar bello ciuili, cum exercitum Afranii et Petrei circumuallatum siti angeret isque ob hoc exasperatus interfectis omnibus impedimentis ad pugnam descen- 20 disset, continuit suos, arbitratus alienum dimicationi tempus, quod aduersarios ira et desperatio incenderet.

12. Cn. Pompeius, fugientem Mithridatem cupiens ad proelium compellere, elegit tempus dimicationi nocturnum, ut abeunti se opponeret: atque ita prae- 25 paratus subitam hostibus necessitatem decernendi iniecit. praeterea sic constituit aciem, ut Ponticorum quidem oculos aduersa luna praestringeret, suis autem inlustrem et conspicuum praeberet hostem.

13. Iugurtham constat, memorem uirtutis Roma- 30

---

1 defixa *H*, sed a in ras. (defixos ?) | anhelantes *d* anhelantem *HP* | 3 Fa///bus (u erasa ?) maxius *H* ante corr. | 6 contemptis *P* | 7 ut hostem *P* | 8 suis, in p. acie uniu. distinguunt *edd.*: correxi coll. *Liu.* 10, 29, 5 | 11 //duratum (a erasa ?) *H* | 12 inexercitus tum *H*<sup>1</sup> | in impetu *d* in impetus *H* impetus *P* impetu *edd.* | uiolentium *H* | 16 ut proelium *H*, sed ut in ras. (in ?) *h* | 18 C. om. *H* | 22 quo *d* | et ira et *d* | incenderat *P* | 25 abeunti *P* | 30 Iugurtham autem constat *d*

norum, semper inclinato die committere proelia solitum, ut, si fugarentur sui, opportunam noctem haberent ad delitiscendum.

14. Lucullus aduersus Mithridatem et Tigranem in  
5 Armenia maiore apud Tigranocertam, cum ipse non amplius quindecim milia armatorum haberet, hostis autem innumerabilem multitudinem eoque ipso inhabilem, usus hoc eius incommodo nondum ordinatam hostium aciem inuasit atque ita protinus dissipauit,  
10 ut ipsi quoque reges abiectis insignibus fugerent.

15. Ti. Nero aduersus Pannonios, cum barbari feroces in aciem oriente statim die processissent, continuit suos passusque est hostem nebula et imbris, qui forte illo die crebri erant, uerberari. ac deinde, ubi  
15 fessum stando et pluuia non solum sed et lassitudine deficere animaduertit, signo dato adortus superauit.

16. C. Caesar in Gallia, quia compererat Ariouisto Germanorum regi institutum et quasi legem esse non pugnandi decrescente luna, tum potissimum acie com-  
20 missa inpeditos religione hostes uicit.

17. Diuus Augustus Vespasianus Iudaeos Saturni die, quo eis nefas est quicquam seriae rei agere, adortus superauit.

18. Lysander Lacedaemonius aduersus Athenienses  
25 apud Aegospotamos instituit certo tempore infestare naues Atheniensium, dein reuocare classem. ea re in consuetudinem perducta, cum Athenienses post digres- sum eius ad contrahendas copias dispergerentur, extendit ex consuetudine classem et recepit: tum hostium  
30 maxima parte ex more dilapsa, reliquos adortus occidit <et> uniuersas naues cepit.

---

4 Luculus *H*<sup>1</sup> | mitridatem *P* | Thigranem *P* | 5 armoenia *H* | thigrana certam *P* | 6 hostes *HP*, *corr. d* | 10 abiectibus *H* *ante corr.* | 11 *Ti. edd. T. hP, om. H*<sup>1</sup> | 12 orienti *H* | 15 sed et *om. H* | 17 *C. om. H* | 18 militibus *post esse add. d* | 21 uespasionus *H* | 25 aegeo potamus *H* egeo potamos *P, corr. d* | infestari *P* | 26 deinde *d* | 27 consuetudine *H*<sup>1</sup> | 31 et *suppl. d*

## II. DE LOCO AD PUGNAM ELIGENDO.

1. M. Curius, quia phalangi regis Pyrrhi explicitae resisti non posse animaduertebat, dedit operam, ut in angustiis confligeret, ubi conferta sibi ipsa esset inpedimento.

2. Cn. Pompeius in Cappadocia elegit castris locum editum: unde adiuuante procliui impetum militum facile ipso decursu Mithridatem superauit.

3. C. Caesar aduersus Pharnacem Mithridatis filium dimicaturus in colle instruxit aciem; quae res expeditam ei uictoriam fecit: nam pila ex edito in subeuntis barbaros emissa protinus eos auerterunt.

4. Lucullus aduersus Mithridatem et Tigranem in Armenia maiore apud Tigranocertam dimicaturus, collis proximi planum uerticem raptim cum parte copiarum adeptus, in subiectos hostes decucurrit et equitatum eorum a latere inuasit: auersumque et eorundem protinus pedites proturbantem insecutus clarissimam uictoriam retulit.

5. Ventidius aduersus Parthos non ante militem eduxit, quam illi quingentis non amplius passibus abessent, atque ita procursione subita adeo se admouit, ut sagittas, quibus ex longinquo usus est, cominus adplicitus eluderet: quo consilio, quia quandam etiam fiduciae speciem ostentauerat, celeriter barbaros debellauit.

6. Hannibal apud Numistronem contra Marcellum pugnaturus cauas et praeruptas uias obiecit a latere:

2 M. *HP*, corr. *Oud.* | phalangae *P* | pyrrhi *P* | 3 resiste *H*<sup>1</sup> | 4 conserta *d* | 7 procliuo *P* | 8 decursu *H* | mithridanten *C* | mithridantē *H* ante *ras.* | 10 instruxit — *res om.* *H*<sup>1</sup> | 13 Lucullus *H* ante *corr.* | mithridatem *H* | mithridaten *P* | tigranem *P* | 17 aduersumque *H* | protinus *nos: cf. p. 42, 9* partem *H* partim *P* pariter *Stew.* | eorundem partem peditum *edd.* earundem partium pedites *temptaueram* *antea coll. p. 32, 19* | perturbantem *d* | 20 partos *H* | 21 duxit *H* | quingentos *H* ante *corr.* | 23 usus (*prior u in ras. duarum fere litt. h*) *H*

ipsaque loci natura pro munimentis usus clarissimum  
ducem uicit.

7. Idem apud Cannas, cum comperisset Volturnum  
amnem ultra reliquorum naturam fluminum ingentis  
5 auras mane proflare, quae arenarum et pulueris uer-  
tices agerent, sic direxit aciem, ut tota uis a tergo  
suis, Romanis in ora et oculos incederet: quibus in-  
commodis mire hosti aduersantibus illam memorabilem  
adeptus est uictoriam.

10 8. Marius aduersus Cimbro ac Teutonos consti-  
tuta die pugnaturus firmatum cibo militem ante castra  
conlocauit, ut per aliquantam spatii, quo aduersarii  
dirimebantur, exercitus hostium potius labore itineris  
profligaretur: fatigationi deinde eorum incommodum  
15 aliud obiecit, ita ordinata suorum acie, ut aduerso sole  
et uento et puluere barbarorum occuparetur exercitus.

9. Cleomenes Lacedaemonius aduersus Hippiam  
Atheniensem, qui equitatu praeualebat, planitiem, in  
qua dimicaturus erat, arboribus prostratis inpediit et  
20 inuiam fecit equiti.

10. Hiberi in Africa ingenti hostium multitudine  
excepti timentesque, ne circumirentur, adplicuerunt se  
flumini, quod altis in ea regione ripis praefluebat: ita  
a tergo amne defensi et subinde, cum uirtute prae-  
25 starent, incursando in proximos omnem hostium exer-  
citus strauerunt.

11. Xanthippus Lacedaemonius sola loci commu-  
tatione fortunam Punici belli conuertit. nam cum a  
desperantibus iam Carthaginensibus mercede sollici-  
30 tatus animaduertisset Afros quidem, qui equitatu et  
elephantis praestabant, colles sectari, a Romanis autem,

1 loci (ci in ras. h) H | 4 amnem — fluminum] uentum  
— flaminum *Cluuerius* | Volturmo Aufidum *Oud.*: cf. *praef.* § 11 |  
5 proflore H ante corr. | 6 aterga H | 7 incederet hP | 12  
quod H | 13 totius *Hartel* prius *Oud.* protinus *Herelius* | 15 ut  
*superscr.* H | 17 hippii H | 19 inpedit H<sup>1</sup> | 21 Heberi H<sup>1</sup> |  
africam HP, corr. d | 23 qui ita P | 27 Xantippus P | 29 nam  
H<sup>1</sup> | carthaginensibus H

quorum robur in pedite erat, campestria teneri, Pœnos in plana deduxit: ubi per elephantos dissipatis ordinibus Romanorum sparsos milites per Numidas persecutus eorum exercitum fudit, in illam diem terra marique uictorem.

12. Epaminondas dux Thebanorum aduersus Lacedaemonios directurus aciem, pro fronte eius decurrere equitibus iussis, cum ingentem puluerem hostium oculis obiecisset expectationemque equestris certaminis praetendisset, circumducto pedite ab ea parte, ex qua decursus in auersam hostium aciem ferebat, inopinantium terga adortus cecidit.

13. Lacedaemonii CCC contra innumerabilem multitudinem Persarum Thermopylas occupauerunt, quarum angustiae non amplius quam parem numerum comminus pugnaturum poterant admittere: eaque ratione, quantum ad congressus facultatem, aequati numero barbarorum, uirtute autem praestantes, magnam eorum partem ceciderunt nec superati forent, nisi per proditorem Ephialten Trachinium circumductus hostis a tergo eos oppressisset.

14. Themistocles dux Atheniensium, cum uideret utilissimum Graeciae aduersus multitudinem Xerxis nauium in angustiis Salaminis decernere idque persuadere ciuibus non posset, sollertia effecit, ut a barbaris ad utilitates suas Graeci compellerentur. simulata namque proditione misit ad Xerxen, qui indicaret populares suos de fuga cogitare difficilioremque ei rem futuram, si singulas ciuitates obsidione adgrederetur: qua ratione effecit, ut exercitus barbarorum primum

1 rubor *H*<sup>1</sup> | impedita *H* impeditum *P* | 2 ubi *om.* *H*<sup>1</sup> | elephantis *H* ante *corr.* | 4 exercitus *H*<sup>1</sup> | in illa die *h* | 10 ex] excursus *H* | 11 aduersam *HP*, *corr. Oud.* | 13 .ccc. *H* | 14 thermopylas *H* | 15 partem *H* ante *corr.* | 17 congressus (us in *ras.*) *H* | 20 epialten *H* ante *corr.* | 22 Themistocles *HP* | 23 gratiae *H*<sup>1</sup> | 24 salaminis *P* salamanis *H* Salaminis *edd.* | 25 efficit *H*<sup>1</sup> | a *om.* *H*<sup>1</sup> | 26 at *H*<sup>1</sup> | 27 xerxen (*altera x in ras. h*) *H* | 29 si *om.* *H* | 30 barbarum *H* ante *corr.*

inquietaretur, dum tota nocte in statione custodiae est; deinde, ut sui mane integris uiribus cum barbaris uigilia marcentibus confligerent, loco ut uoluerat arto, in quo Xerxes multitudine qua praestabat uti non posset.

5

## III. DE ACIE ORDINANDA.

1. Cn. Scipio in Hispania aduersus Hannonem ad oppidum Indibile, cum animaduertisset Punicam aciem ita directam, ut in dextro cornu Hispani constituerentur, robustus quidem miles, sed qui alienum negotium  
10 ageret, in sinistro autem Afri, minus uiribus firmi, sed animi constantiores, reducto sinistro latere suorum, dextro cornu, quod ualidissimis militibus extruxerat, obliqua acie cum hoste conflixit: deinde fuis fugatisque Afris Hispanos, qui in recessu spectantium  
15 more steterant, facile in deditionem compulit.

2. Philippus Macedonum rex aduersus Hyllios gerens bellum, ut animaduertit frontem hostium stipatam electis de toto exercitu uiris, latera autem infirmiora, fortissimis suorum in dextro cornu conlocatis, sinistrum  
20 latus hostium inuasit turbataque tota acie uictoriam profligauit.

3. Pammenes Thebanus, conspecta Persarum acie, quae robustissimas copias in dextro cornu conlocatas habebat, simili ratione et ipse suos ordinauit omnem-  
25 que equitatum et fortissimum quemque peditum in dextro cornu, infirmissimos autem contra fortissimos hostium posuit praecepitque, ut ad primum impetum eorum fuga sibi consulerent <et> in siluestria confragosaque loca se reciperent: ita frustrato robore

---

1 custodia *d* | 3 marcenti *P* | 4 xerxis *H* | possit *H* | 6 annonem *P* | 7 Indibile *edd.* inclibile *HP* Indibili *Simsonus* Intibilim *Oud.* | 11 constantioris *P* | miles uiribus infirmior sed animi constantioris *d* | 12 extrixerat *H*<sup>1</sup> | 14 spectandum *H* spectantium *P* | 16 ylyrios *P* | 18 electus deioto *H*<sup>1</sup> | 19 conlocatus *H*<sup>1</sup> | 28 sibi fuga *P* | et *supplet d*

exercitus, ipse optima parte uirium suarum dextro cornu totam circumiit aciem hostium et auertit.

4. P. Cornelius Scipio, cui postea Africano cognomen fuit, aduersus Hasdrubalem Poenorum ducem in Hispania gerens bellum ita per continuos dies ordinatum produxit exercitum, ut media acies fortissimis fundaretur. sed cum hostes quoque eadem ratione adsidue ordinati procederent, Scipio eo die, quo staturat decernere, commutauit instructionis ordinem et firmissimos [id est legionarios] in cornibus conlocauit ac leuem armaturam in media acie, sed retractam: ita cornibus, quibus ipse praeualebat, infirmissimas hostium partes lunata acie adgressus facile fudit.

5. Metellus in Hispania, eo proelio quo Hirtuleium deuicit, cum comperisset cohortes eius, quae ualidissimae uocabantur, in media acie locatas, ipse mediam suorum aciem reduxit, ne ea parte ante cum hoste configeret, quam cornibus complicatis medios undique circumuenisset.

6. Artaxerxes aduersus Graecos, qui Persida intrauerant, cum multitudine superaret, latius quam hostes acie instructa in fronte <peditem>, equitem leuemque armaturam in cornibus conlocauit: atque ita ex industria lentius procedente media acie copias hostium cinxit ceciditque.

7. Contra Hannibal ad Cannas reductis cornibus productaque media acie nostros primo impetu protrusit. idem conserto proelio, paulatim inuicem sinuantibus procedentibusque ad praeceptum cornibus, auide insequentem hostem in mediam aciem suam recepit

1 optima *d* | uerba dextro cornu immerito suspecta habuit *Stew.* | 2 circuit *H*<sup>1</sup> circumiit *h* | 3 Scipio *om.* *P* | 7 hostes *om.* *H*<sup>1</sup> | 10 id est legionarios *deleuit Wesseling: cf. praef. § 13* | cornibus *H* ante *ras.* | 15 cohortes *om.* *P* | 16 iactabantur *Gron.* uidebantur *Woelfflin* | 18 configeret et *H* | configatis *P* profligatis *Mod.* conflictatis *Eussner* | 20 Artaxerxes *P* | persidia *H*<sup>1</sup> persidam *P* | 22 peditem *suppleuit Eussner* | 24 acie *om.* *H*<sup>1</sup> | 30 in *om.* *P*

et ex utraque parte compressum cecidit. [ueterano et diu edocto usus exercitu: hoc enim genus ordinationis exsequi nisi peritus et ad omne momentum respondens miles uix potest.]

5 8. Liuius Salinator et Claudius Nero, cum Hasdrubal bello Punico secundo decernendi necessitatem euitans in colle confragoso post uineas aciem direxisset, ipsi diductis in latera uiribus uacua fronte ex utraque parte circumuenerunt eum atque ita adgressi  
10 superarunt.

9. Hannibal, cum frequentibus proeliis a Claudio Marcello superaretur, nouissime sic castra metabatur, ut aut montibus aut paludibus aut simili locorum aliqua opportunitate adiutus aciem eo modo conlocaret, ut uincens quidem Romanis paene indemnem  
15 recipere posset intra munimenta exercitum, cedentibus autem instandi liberum haberet arbitrium.

10. Xanthippus Lacedaemonius in Africa aduersus M. Atilium Regulum leuem armaturam in prima acie  
20 conlocauit, in subsidio autem robur exercitus praecepitque auxiliariis, ut emissis telis cederent hosti et, cum se intra suorum ordines recepissent, confestim in latera discurrerent et a cornibus rursus erumperent: exceptumque iam hostem a robustioribus et ipsi  
25 circumierunt.

[11. Sertorius idem in Hispania aduersus Pompeium fecit.]]

12. Cleandridas Lacedaemonius aduersus Lucanos densam instruxit aciem, ut longe minoris exercitus  
30 speciem praeberet: securis deinde hostibus in ipso

1 uerba ueterano — potest eieci: cf. praef. § 9 | 4 milites H<sup>1</sup> | 5 L. liuius HP, corr. d | Claudius] cl. HP | astrubal H | 6 decertandi cdd. | 8 ipse H | deductis H | 10 superauerunt d | 12 macercello H | metabatur H meditabatur P, corr. d | 18 Xantippus P | 21 excussis d | 24 et ipsum H | 25 circumirent P | 26 exemplum alienum: cf. praef. § 9 | 28 Cleandrias CH | licaonas (i ex u ras. facta) H lycaonas P, corr. Casaub. ex Polyæn. 2, 10, 4 | 30 securis/// (una litt. erasa) H



certamine diduxit ordines <et> a lateribus circum-  
uentos eos fudit.

13. Gastron Lacedaemonius, cum [in] auxilio Aegyptiis aduersus Persas uenisset et sciret, firmiorem esse Graecum militem magisque a Persis timeri, commutatis armis Graecos in prima posuit acie et, cum illi aequo Marte pugnarent, submitit Aegyptiorum manum: Persae cum Graecis, quos Aegyptios opinabantur, restitissent, superueniente multitudine, quam ut Graecorum expauerant, cesserunt.

14. Cn. Pompeius in Albania, quia hostes et numero et equitatu praeualebant, iuxta collem in angustiis protegere galeas, ne fulgore earum conspicui fierent, iussit <pedites>, equites deinde in aequum procedere ac uelut praetendere peditibus, praecepitque eis, ut ad primum impetum hostium refugerent et, simul ad pedites uentum esset, in latera discederent: quod ubi explicitum est, patefacto loco subita peditum consurrexit acies inuectosque temere hostes inopinato interfusa proelio cecidit.

15. M. Antonius aduersus Parthos, qui infinita multitudine sagittarum exercitum eius obruebant, subsidere suos et testudinem facere iussit: supra quam transmissis sagittis sine militum noxa exhaustus est hostis.

16. Hannibal aduersus Scipionem in Africa, cum haberet exercitum ex Poenis et auxiliariis, quorum pars non solum ex diuersis partibus, sed etiam ex Italicis constabat, post elephantos LXXX, qui in prima fronte positi hostium turbarent aciem, auxiliares Gal-

1 deduxit *H* | et add. *d* | 3 Castronius *CHP*, corr. *Casaub.* ex *Polyaen.* 2, 16 | in *del. Tenn.* in auxilium *edd.* | 5 a *P.*] persas *H* | 8 et cum *H* | 9 superuenientem multitudinem *H* | 11 et n. et] innumero *d* | et peditum numero *Hartel* | 14 pedites *suppl. Oud.*: cf. *p.* 47, 22; *an fuit* in angustiis <subsidere pedites et scutis> protegere — iussit, equites *coll. Dion.* 37, 4? | 15 praeten *H*<sup>1</sup> | 18 explicitum *edd.* displicitum *HP* | 24 exustus *H* | 27 partibus] populis *Ded.*: *an gentibus?* cf. *Liu.* 30, 35 | 28 italicis (*cis in ras. h*) *H*

los et Ligures et Baliares Maurosque posuit, ut neque fugere possent Poenis a tergo stantibus et hostem oppositi, si non infestarent, at certe fatigarent: tum suis et Macedonibus, qui iam fessos Romanos integri  
 5 exciperent, in secunda acie conlocatis, nouissimos Italicos constituit, quorum et timebat fidem et segnitiam uerebatur, quoniam plerosque eorum ab Italia inuitos extraxerat.

Scipio aduersus hanc formam robur legionis triplici acie in fronte ordinatum per hastatos et principes et triarios opposuit: nec continuas construxit cohortes, sed manipulis inter se distantibus spatium dedit, per quod elephanti ab hostibus acti facile transmitti sine perturbatione ordinum possent. ea ipsa  
 15 interualla expeditis uelutibus inpleuit, ne interluceret acies, dato his praecepto, ut ad impetum elephantorum uel retro uel in latera concederent. equitatum deinde in cornua diuisit et dextro Romanis equitibus Laelium, sinistro Numidis Masinissam praeposuit: quae  
 20 tam prudens ordinatio non dubie causa uictoriae fuit.

17. Archelaus aduersus L. Sullam in fronte ad perturbandum hostem falcatas quadrigas locauit, in secunda acie phalangem Macedonicam, in tertia Romanorum more armatos auxiliares, mixtis fugitiuis Italicae  
 25 gentis, quorum peruicaciae plurimum fidebat; leuem armaturam in ultimo statuit; in utroque deinde latere equitatum, cuius amplum numerum habebat, circum-eundi hostis causa posuit.

Contra haec Sulla fossas amplae latitudinis utroque

---

1 neque] non *P* | 3 at *edd.* aut *H* uel *P* | 5 secunda *Oud. coll. Liu. 30, 33* summa//// (tum *erasum*) *H* summa *P* | 6 timebant *H*<sup>1</sup> | segnitiam *h P* | 11 continuos *H* | 14 possent (*e in ras.*) *H* | 18 dextro — sinistro] *contra Liu. 30, 33. Polyb. 15, 9, 8; aliter Appian. Pun. 41* | 20 dubie *d* dubie *HP* | 21 Achelaus *H* | syllam *HP* | frontem *H ante ras.* | 22 factas *HP, corr. d* | secundam aciem *H*<sup>1</sup> | 23 phalangam *HP, em. d* | 25 faciebat *H ante corr.* | 26 dein *P* | 29 sylla *H* | utraque *H*<sup>1</sup> in utroque *P: cf. p. 51, 27. 52, 12*

latere duxit et capitibus earum castella communiit: qua ratione, ne circumiretur ab hoste et peditum numero et maxime equitatu superante, consecutus est. triplicem deinde peditum aciem ordinauit relictis interuallis, per <quae> leuem armaturam et equitem, quem 5 in nouissimo conlocauerat, [ut] cum res exegisset, emitteret. tum postsignanis qui in secunda acie erant imperauit, ut densos numerososque palos firme in terram defigerent, intraque eos adpropinquantibus quadrigis antesignanorum aciem recepit: tum demum 10 sublato uniuersorum clamore uelites et leuem armaturam ingerere tela iussit. quibus factis quadrigae hostium aut implicitae palis aut exterritae clamore telisque in suos conuersae sunt turbaueruntque Macedonum structuram: qua cedente, cum Sulla <in>staret et 15 Archelaus equitem opposuisset, Romani equites subito emissi auerterunt eos consummaueruntque uictoriam.

18. C. Caesar Gallorum falcatas quadrigas eadem ratione palis defixis excepit inhibuitque.

19. Alexander ad Arbela, cum hostium multitudinem 20 uereretur, uirtuti autem suorum fideret, aciem in omnem partem spectantem ordinauit, ut circumuenti undique pugnare possent.

20. Paulus aduersus Persen Macedonum regem, cum is phalangem suorum duplicem mediam in partem 25 direxisset eamque leui armatura cinxisset et equitem utroque cornu conlocasset, triplicem aciem cuneis instruxit, inter quos uelites subinde emisit. quo ge-

1 in capitibus *d* | 2 circumiretur *d* | 5 per] propter *Salm.* | quae *suppleuit* et ut *ieicit Eussner: cf. p. 50, 13. 51, 28* | 8 numerososque *H* ante *corr.* ramososque *Hartel* | 10 antesignanum *H*<sup>1</sup> antesignanum *h* ante signa *nram P, em. Salm.* | 11 clamore uelitis *bis scripsit H*<sup>1</sup> | 13 implicitatae *H* | 15 in structuram *d* | *Sylla (s in ras.) H* | *staret HP, corr. Oud.* | 17 consummaruntque *P* | 18 *exemplum non alienum: cf. praef. § 9* | 21 uerteretur *P* | autem *om. H*<sup>1</sup> | 25 his *H* | duplicem *H*<sup>1</sup> | 26 armatura// (*una litt. erasa*) *H* | 27 in utroque *P: cf. p. 50, 29* | cumeis *H* | 28 misit *HP, corr. d*

nere cum proffigari nihil uideret, cedere instituit, ut hac simulatione perduceret hostes in confragosa loca, quae ex industria captauerat. cum sic quoque, suspecta calliditate recedentium, ordinata sequeretur phalanx, equites a sinistro cornu praeter oram phalangis iussit transcurrere citatis equis, tectos, ut obiectis armis ipso impetu praefringerent hostium spicula: quo genere telorum exarmati Macedones soluerunt aciem et terga uerterunt.

10 21. Pyrrhus pro Tarentinis apud Asculum, secundum Homericum uersum quo pessimi in medium recipiuntur, dextro cornu Samnites Epirotasque, sinistro Bruttios atque Lucanos cum Sallentinis, in media acie Tarentinos conlocauit, equitatum et elephantos in sub-  
15 sidiis esse iussit.

Contra consules, aptissime diuisis in cornua equitibus, legiones in prima acie et in subsidiis conlocauerunt et his inmiscuerunt auxilia. XL milia utrimque fuisse constat: Pyrrhi dimidia pars exercitus amissa,  
20 apud Romanos V milia desiderata sunt.

22. Cn. Pompeius aduersus C. Caesarem Palaeparsali triplicem instruxit aciem, quarum singulae denos ordines in latitudinem habuerunt. legiones secundum uirtutem cuiusque firmissimas in cornibus et in medio  
25 conlocauit, spatia his interposita tironibus suppleuit. dextro latere DC equites propter flumen Enipea, qui et alueo suo et alluue regionem inpedierat, reliquum

---

1 uidere *H* | 5 hora *H*<sup>1</sup> horã *h* ora *P*, *correxì* | 6 tectos *quamuis dure dictum, mutare non audeo: cf. Dict. 3, 7* actos *d* uectos *Stew.* intentos *Goetz* | 10 Pyrrus *P* | uerba secundum — recipiuntur *non temptanda sunt: cf. praef. § 9* | 12 samnitas ephiratosque *P* | 16 cornu *H* | 18 XL milia] .XL. *HP* | utrumque *H* | 20 V milia] .V. *H* .V. *P* | 21 palepharsalisimplicem *H* palefarsalis triplicem *P: cf. praef. § 14* | 22 aquarum *H* | 23 latitudine *h* | secundum *H*, *sed secun in ras.* (aquarum?) *h* | 25 iis *P* | 26 .DC. equites exingente/// (in superscriptum et s erasa) *H: cf. praef. § 14* | flumine (flumen *h*) nipea *H* flumen enipeam *P* | 27 luuiae (prior u ex i) *H* elnuie *Oud.*

equitatum in sinistro cornu cum auxiliis omnibus locavit, ut inde Iulianum exercitum circumiret.

Aduersus hanc ordinationem C. Caesar et ipse triplici acie dispositis in fronte legionibus sinistram latam, ne circumiri posset, admouit paludibus. in dextro 5 cornu equitem posuit, cui uelocissimos miscuit peditem, ad morem equestris pugnae exercitatos. sex deinde cohortes in subsidio retinuit ad res subitas et dextro latere conuersas in obliquum, unde equitatum hostium exspectabat, conlocavit. nec ulla res eo die plus ad 10 uictoriam Caesari contulit: effusum namque Pompei equitatum inopinato excursu auerterunt caedendumque tradiderunt.

23. Imperator Caesar Augustus Germanicus, cum subinde Chatti equestre proelium in siluas refugiendo 15 deducerent, iussit suos equites, simulatque ad inpeditamentum esset, equis desilire pedestrique pugna configere: quo genere consecutus <est>, ne quis iam locus uictoriam eius moraretur.

24. C. Duellius, cum uideret graues suas naues 20 mobilitate Punicae classis eludi inritamque uirtutem militum fieri, excogitauit manus ferreas: quae ubi hostilem adprenderant nauem, superiecto ponte transgrediebatur Romanus et in ipsorum ratibus comminus eos trucidabat. 25

### III. DE ACIE HOSTIUM TURBANDA.

#### 1. Papirius Cursor filius consul, cum aequo Marte

5 possit *HP*, em. *d* | admonit paludibus in *ras. H* | 7 sex *Mod.* sub *H*<sup>1</sup> sed *hP* | 8 et *D. Vossius* sex *H* sed *P*: cf. *Caes. b. c. 3, 89—94. Plut. Pomp. 69. Caes. 44. Appian. b. c. 2, 76* | 10 eo die] cotidie *H* | 11 effectum *H* | namneque *H*<sup>1</sup> | 14 Domitianus *add. d* | 15 catthi *P* | equester *H* | 16 simul utque *H* | 18 defigere *P* | est *suppl. d* | iam *Hartel* non *HP* omnino *Oud.* iniquus *Herelius* non *eicit Mod.* | quis non *glos:ema putat Goetz* iniquus iam *Hartel* | 19 miraretur *HP*, em. *Mod.* | 23 apprenderent *P* apprenderunt *d* | pontem *H*<sup>1</sup> | 25 trucidabant *HP*, corr. *edd.*: cf. *praef. § 12* | 27 Piparus *H* | *coñs. H*

aduersus obstinatos Samnites concurreret, ignorantibus suis praecepit Spurio Nautio, ut pauci alares et agasones mulis insidentes ramosque per terram trahentes a colle transverso magno tumultu decurrerent. quibus  
5 prospectis proclamauit uictorem adesse collegam, occuparent ipsi praesentis proelii gloriam: quo facto et Romani fiducia concitati pro<ruere et hostes> puluere percussi terga uerterunt.

2. Fabius Rullus Maximus quarto consulatu in  
10 Samnio, omni modo frustra conatus aciem hostium perrumpere, nouissime hastatos subduxit ordinibus et cum Scipione legato suo circummisit iussitque collem capere, ex quo decurri poterat in hostium terga: quod ubi factum est, Romanis creuit animus et Samnites  
15 perterriti fugam molientes caesi sunt.

3. Minucius Rufus imperator, cum a Scordiscis Dacisque premeretur, quibus impar erat numero, praemisit fratrem et paucos una equites cum aeneatoribus praecepitque, ut, cum uidisset contractum proelium,  
20 subitus ex diuerso se ostenderet iuberetque concinere aeneatores: <re>sonantibus montium iugis species ingentis multitudinis offusa est hostibus, qua perterriti dedere terga.

4. Acilius Glabrio consul aduersus Antiochi regis  
25 aciem, quam is in Achaia pro angustiis Thermopylarum direxerat, iniquitatibus loci non inritus tantum, sed cum iactura quoque repulsus esset, nisi circum-

---

2 suis *om.* *H*<sup>1</sup> | agasiones *H*<sup>1</sup> | 3 multis *H* | romanosque *H* | 5 adse *H* | occupauerent *H*<sup>1</sup> | 6 facta *H*<sup>1</sup> | 7 romam fidutiam *H*<sup>1</sup> | concitati proruere et hostes puluere *Hartel* concitati propulere *HP* concitati sunt et Samnites prae puluere *d* concitati propulere hostes et Samnites prae puluere *Oud.*: *cf. Liu. 10, 40—41* | 8 percussit *H ante ras.* perpulsi *P* | 9 Rullus *Scaliger* rutilius *HP* Rullianus *Gron.*: *cf. praef. § 11* | 14: *post est una litt. (et ?) erasa H* | 16 *M. mutius H* Minutius *P* | 17 impar erat] imperaret *H* | 20 subditus *H*<sup>1</sup> | 21 sonantibus *HP*, *en. Gron.* | 22 effusa *H* | 25 his *H*<sup>1</sup> | in achaiam *P* | thermophilarum *H* | 27 cummissus *H*

missus ab eo Porcius Cato, qui tum, iam consularis, tribunus militum a populo factus in exercitu erat, deiectis iugis Callidromi montis Aetolis, qui praesidio <ea> tenebant, super imminentem castris regis collem a tergo subitus apparuisset: quo facto perturbatis Antiochi copiis utrimque inrupere Romani et fuis fugatisque castra ceperunt.

5. C. Sulpicius Peticus consul contra Gallos dimicaturus iussit muliones clam in montes proximos cum mulis abire et indidem conserto iam proelio uelut equis insidentes ostentare se pugnantibus: quare Galli existimantes aduentare auxilia Romanis cessere iam paene uictores.

6. Marius circa Aquas Sextias, cum in animo haberet postera die depugnare aduersus Teutonos, Marcellum cum parua manu equitum peditumque nocte post terga hostium misit et ad implendam multitudinis speciem agasones lixasque armatos simul ire iussit iumentorumque magnam partem instratorum centunculis, ut per hoc facies equitatus obiceretur, praecepitque, ut, cum animaduertissent committi proelium, ipsi in terga hostium descenderent: qui apparatus tantum terroris intulit, ut asperrimi hostes in fugam uersi sint.

7. Licinius Crassus fugitiuorum bello apud Camalatum educturus militem aduersus Castum et Canni-

1 portius *HP* | quintum *H* ante corr. | consularis *H*, sed aris in ras. duarum litt. (is ?) *h* | 3 deiectis iugis *H*, sed is iu in ras. septem fere litterarum (...rat) | de ingis *Lamb.* iugo *Oud. coll. Liu. 36, 18* | callididromi *H* | montis eicit *Stew.* | quae praesidio tenebantur *P* | 4 ea suppl. *Mod.* | regis *H* ante corr. | 5 collē (ē in ras. *h*) *H* | 7 fugatisque *H*, sed fuga in ras. duarum litt. (f .) *h* | 8 sulpitius *P* | consul] dictator *Scr. coll. Liu. 7, 14: cf. praef. § 11* | 10 indiem *H* ante corr. | 14 Marinus *P* | 18 armatas *H* | 19 contunculis *HP* contuculis *h*, corr. *d* | 20 obieceretur *H* | 21 animaduertisset *H* ante corr. | ipsa *H* ante corr. | 23 sunt *HP*, corr. *d* | 24 Crassus] consul rursus *H* | calamatum uel calamatum *d*: eademne pugna quam ad Lucanum lacum factam refert *Plut. Crass. 11 ?* | 25 castam *H* ante corr. | canū cum *H* cannon cum *P*, em. *Scr. ex 2, 5, 34*

cum duces Gallorum XII cohortes cum C. Pomptinio et Q. Marcio Rufo legatis post montem circummisit: quae cum commisso iam proelio a tergo clamore sublato decurrissent, ita fuderunt hostes, ut ubique  
5 fuga, nusquam pugna capesseretur.

8. M. Marcellus, cum uereretur, ne paucitatem militum eius clamor detegeret, simul lixas calonesque et omnis generis sequellas conclamare iussit atque hostem magni exercitus specie exterruit.

10 9. Valerius Laevinus aduersus Pyrrhum, occiso quodam gregali tenens gladium cruentum, utriusque exercitui persuasit Pyrrhum interemptum: quamobrem hostes destitutos se ducis morte credentes, consternati a mendacio in castra se pauidi receperunt.

15 10. Iugurtha in Numidia aduersus C. Marium, cum Latinae quoque linguae usum ei conuersatio pristina castrorum dedisset, in primam aciem procucurrit et occisum a se C. Marium clare praedicauit atque ita multos nostrorum auertit.

20 11. Myronides Atheniensis dubio proelio aduersus Thebanos rem gerens repente in dextrum suorum cornu prosiluit et exclamauit sinistro iam se uicisse: quare et suis alacritate et hostibus iniecto metu uicit.

25 12. Croesus praeualido hostium equitatu camelorum gregem opposuit, quorum nouitate et odore consternati equi non solum insidentes praecipitauerunt, sed peditum quoque suorum ordines protriuuerunt uincendosque hosti praebuerunt.

13. Pyrrhus Epirotarum rex pro Tarentinis aduer-

---

1 .XII. *h* | 2 martio *HP* Minucio *Oud.* | 3 qui *d* | 4 decurrissent *H* | 6 uereretur *H*<sup>1</sup> | 7 lixas *H*<sup>1</sup> | 8 atque ita *d* | 9 exterruit (*terrui in ras. h*) *H* | 10 laeuinus *H* | pyrrum *P*: *item infra* | 11 regali *h* | 13 credentis *P* | 15 Iugurtha *H* | 17 dedissent *H* | 20 Myronides *H* | 21 cornum *H ante ras.* | 22 sinistram *H* | 23 alacritatem *h* | 24 Croesus *HP* Cyrus aduersus Croesum *Gron. coll. Herodot. 1, 80. Polyæn. 7, 6, 6: cf. praef. § 11* | equitatu *P* | 25 horrore *P* | 26 reconsternati *H* | 27 proterruerunt *d* | 29 Pyrrus *P*



sus Romanos eodem modo elephantis ad perturbandam aciem usus est.

[14. Poeni quoque aduersus Romanos frequenter idem fecerunt.

15. Volscorum castra cum prope <a> uirgultis silua- 5  
que posita essent, Camillus ea omnia, quae conceptum ignem usque in uallum perferre poterant, incendit et sic aduersarios exiit castris.

16. P. Crassus bello sociali eodem modo prope cum copiis omnibus interceptus est.] 10

17. Hispani contra Hamilcarem boues uehiculis adiunctos in prima fronte constituerunt uehiculoque tediae et sebi et sulphuris plena, signo pugnae dato, incenderunt: actis deinde in hostem bubus consternatam aciem perruperunt. 15

18. Falisci et Tarquinienses, compluribus suorum in habitum sacerdotum subornatis, faces et angues furiali habitu praeferebant, aciem Romanorum turbauerunt.

[19. Idem Veientes et Fidenates facibus adreptis 20 fecerunt.]

20. Atheas rex Scytharum, cum aduersus amplio-  
rem Triballorum exercitum configeret, iussit a feminis puerisque et omni inbelli turba greges asinorum ac bouum ad postremam hostium aciem admoueri et erectas 25  
hastas praeferrere; famam deinde diffudit, tamquam auxilia sibi ab ulterioribus Scythis aduentarent: qua adseueratione auertit hostem.

---

3 exemplum alienum: cf. praef. § 9 | 5 exempla 15—16 repetita ex 4, 7, 40. 41: cf. praef. § 10 | a suppl. Ded. ex 4, 7, 40 | 7 uallem H | 9 P.] C. H | 11 Hispania P | amilcarem P | 14 in om. H | bobus  $\bar{d}$  | 16 cumpluribus h | 17 in habitu H habitu Stew.: sed cf. 3, 2, 11 | in habitum et subornatis suspecta habet Oud. coll. Liu. 7, 17, 3 | subornatos H | 18 referentibus H | 20 exemplum alienum: cf. praef. § 9 | uehientes HP | 21 ferunt h | 22 Aethes CH Aetes P, corr. edd. | schytharium H | 24 in bello H | gregis H | 25 bouum H<sup>1</sup> | 26 praeferre HP, corr. Oud. | 27 chythis H<sup>1</sup> schythis h | quia H<sup>1</sup>

## V. DE INSIDIIS.

1. Romulus, per latebras copiarum parte disposita, cum ad Fidenas accessisset, simulata fuga temere hostes insecutos eo perduxit, ubi occultos milites habebat, qui undique adorti effusos et incautos ceciderunt.

2. Q. Fabius Maximus consul, auxilio Sutrinis missus aduersus Etruscos, omnes hostium copias in se conuertit; deinde simulato timore in superiora loca uelut fugiens recessit effuseque subeuntes adgressus non acie tantum superauit, sed etiam castris exiit.

3. Sempronius Gracchus aduersus Celtiberos metu simulato continuit exercitum; emissa deinde armatura leui, quae hostem lacesseret ac statim pedem referret, euocauit hostes: deinde inordinatos adgressus usque eo cecidit, ut etiam castra caperet.

4. L. Metellus consul in Sicilia bellum aduersus Hasdrubalem geren<sup>s</sup>, ob ingentem eius exercitum et CXXX elephantos intentior, simulata diffidentia intra Panhormum copias tenuit fossamque ingentis magnitudinis ante se duxit. conspecto deinde exercitu Hasdrubalis, qui in prima acie elephantos habebat, praecipit hastatis, tela in beluas iacerent protinusque se intra munimenta recipent. ea ludificatione rectores elephantorum concitati in ipsam fossam elephantos egerunt: quo ut primum inlati sunt, partim multitudine telorum confecti, partim retro in suos acti totam aciem turbauerunt. tunc Metellus, hanc opperiens occasionem, cum toto exercitu erupit et adgressus a latere Poenos cecidit ipsisque [ut] elephantis potitus est.

3 fidenates *h*: sed cf. *Liu.* 1, 14 | 4 perduxerit *H* | 5 incautos (in *in ras. h*) *H* | 6 Qui *H* ante *ras.* | 8 in superiore loco *H* | 11 Sympronius *H* | graccus *P* | 13 lacessaet *H*<sup>1</sup> lacessaret *h* | 16 L. *Scr.* Q. *HP*: cf. 1, 7, 1 | 17 hastrubalem *H* | 19 phanthormum *H* panormum *P* | 20 hastrubalis *H* | 23 ea] et a *P* | 25 inlaqueati *d* | multitudine *Herelius* magnitudine *HP* magna ui *Oud.* grandine *Goetz* | 29 ut *deleui* et *edd.*

5. Thamyris Scytharum regina Cyrum Persarum ducem aequo Marte certantem simulato metu elicuit ad notas militi suo angustias atque ibi, repente conuerso agmine, natura loci adiuta deuicit.

6. Aegyptii conflicturi acie in eis campis, quibus 5 iunctae paludes erant, alg(a) eas contexerunt commissoque proelio fugam simulantes in insidias (hostes) euocauerunt, qui rapidius per ignota inuecti loca limo inhaeserunt circumuentique sunt.

7. Viriatus, ex latrone dux Celtiberorum, cedere 10 se Romanis equitibus simulans usque ad locum uoraginosum et praealtum eos perduxit et, cum ipse per solidos ac notos sibi transitus euaderet, Romanos ignaros locorum immersosque limo cecidit.

8. Fuluius imperator Cimbrico bello conlatis cum 15 hoste castris equites suos iussit succedere ad munitiones eorum lacessitisque barbaris simulata fuga regredi. hoc cum per aliquot dies fecisset, auide insequentibus Cimbris, animaduertit castra eorum solita nudari. itaque per partem exercitus custodita consuetudine ipse 20 cum expeditis post castra hostium consedit occultus effusisque eis ex more repente adortus et desertum proruit uallum et castra cepit.

9. Cn. Fuluius, cum in finibus nostris exercitus Faliscorum longe nostro maior castra posuisset, per 25 suos milites quaedam procul a castris aedificia succendit, ut Falisci suos id fecisse credentes spe praedae diffunderentur.

10. Alexander Epirotas aduersus Illyrios conlocata

1 Tomiris *P* | scytharum (*prior h exp.*) *H* scitarum *P*  
 3 notos *H*<sup>1</sup> | suos *H* ante *ras.* | 6 algeas *HP*, *corr. d* | 7 hostes  
*suppl. d*; forte Persas: *cf. 2, 3, 13. Polyæn. 2, 16* | 10 Celtiberorum  
*eicit Oud. Lusitanorum Ded.: cf. praef. § 11* | 11 se  
*om. H*<sup>1</sup> | uoraginum (st in *ras. h*) *H* | 15 cimbrico *HP*  
 Celtiberico *Oud. coll. Liu. 40, 30—32: cf. praef. § 11* | conlatus *H*  
*ante ras.* | 17 simulata (que *eras.*) *H* | 19 cimbris *HP* Celtiberis  
*Oud.* | 20 per *ex pro H* | 27 fecisse se *H* | 29 Epirotas *Zch-*  
*meister epirotis H* ex epirotis *P* rex Epirotarum *d* | yllirios *H*

in insidiis manu quosdam ex suis habitu Illyriorum  
instruxit et iussit uastare suam [id est Epiroticam]  
regionem. quod cum Illyrii uiderent fieri, ipsi passim  
praedari coeperunt eo securius, quod praecedentes  
5 ueluti pro exploratoribus habebant: a quibus ex in-  
dustria in loca iniqua deducti caesi fugatique sunt.

11. Leptines quoque Syracusanus aduersus Cartha-  
ginienses uastari suos agros et incendi uillas castella-  
que quaedam imperauit: Carthaginenses, a suis id fieri  
10 rati, et ipsi tamquam in adiutorium exierunt exceptique  
ab insidiatoribus fusi sunt.

12. Maharbal, missus a Carthaginensibus aduersus  
Afros rebellantes, cum sciret gentem auidam esse uini,  
magnum eius modum mandragora permiscuit, cuius  
15 inter uenenum ac soporem media uis est. tum proelio  
leui commisso ex industria cessit. nocte deinde intem-  
pesta relictis intra castra quibusdam sarcinis et omni  
uino infecto fugam simulauit: cumque barbari occu-  
patis castris in gaudium effusi auide medicatum merum  
20 hausissent et in modum defunctorum strati iacerent,  
reuersus aut cepit eos aut trucidauit.

13. Hannibal, cum sciret sua et Romanorum castra  
in eis locis esse, quae lignis deficiebantur, ex industria  
in regione deserta plurimos armentorum greges intra  
25 uallum reliquit, qua uelut praeda Romani potiti in  
summis lignationis angustiis insalubribus se cibis  
onerauerunt: Hannibal, reducto nocte exercitu, securos  
eos et semicruda graues carne maiorem in modum  
uexauit.

30 14. Ti. Gracchus in Hispania, certior factus hostem  
inopem commercio laborare, instructissima castra omni-

---

1 ylliriorum *H* | 2 id est Epiroticam *deleuit Scr.: cf. praef.*  
§ 13 | 3 illirii *H* | uident *H ante corr.* | 4 praedicari *H<sup>1</sup>* | 7 Leptenes *CHP* | carthaginenses *h* | 9 carthaginenses *H* | 12 maarbal *P* |  
carthaginensibus *h* | 13 rebellantis *P* | 15 saporem *HP, em. d* |  
19 mediacatum *H<sup>1</sup>* | 20 et in modum *bis scripsit H<sup>1</sup>* | 27 hone-  
rarunt *P* | 30 T. *HP* | gracceus *P* | 31 castra *bis scripsit H<sup>1</sup>*

bus esculentis deseruit: quae adeptum hostem et re-  
per-  
tis intemperanter repletum grauemque reducto exercitu  
subito oppressit.

15. Chii, qui aduersus Erythraeos bellum gerebant,  
speculatorem eorum in loco edito deprehensum occi- 5  
derunt et uestem eius suo militi dederunt, qui ex  
eodem iugo Erythraeos signo dato in insidias euocauit.

16. Arabes, cum esset nota consuetudo eorum, qua  
de aduentu hostium interdium fumo, nocte igne signi-  
ficare instituerant, ut sine intermissione ea fierent, 10  
praeceperunt, aduentantibus autem aduersariis inter-  
mitterentur: qui cum cessantibus luminibus existima-  
rent ignorari aduentum suum, auidius ingressi oppres-  
sique sunt.

17. Alexander Macedo, cum hostis in saltu editiore 15  
castra communisset, subducta parte copiarum prae-  
cepit his quos relinquebat, ut ex more ignes <ex>ci-  
tarent speciemque praeberent totius exercitus: ipse  
per auias regiones circumducta manu hostem superiore  
adgressus loco depulit. 20

18. Memnon Rhodius [rex], cum equitatu prae-  
ualeret et hostem in collibus se continentem in campos  
uellet deducere, quosdam ex militibus suis sub specie  
perfugarum misit in hostium castra, qui adfirmarent  
exercitum Memnonis tam perniciosam seditione furere, 25  
ut subinde aliqua pars eius dilaberetur. huic adfir-  
mationi ut fidem faceret, passim in conspectu hostium  
iussit parua castella muniri, uelut in ea se recepturi  
essent qui dissidebant. hac persuasione sollicitati, qui

---

4 Hi *HP*, em. *Oud. coll. Herodot. 1, 18. Polyæn. 8, 66* |  
5 deprehensus *H*<sup>1</sup> | 13 auidus *H*<sup>1</sup> | 15 hostes *H* | ditiore *H* |  
16 subducta nos inducta *HP* secum ducta *d* seducta *edd.*  
17 citarent *HP*, corr. *edd.* | 18 ipse autem *d* | 20 depulit *H*<sup>1</sup>  
detulit *P* | 21 rhodius *H* | rex *deleuit Oud.*: cf. p. 71, 27 et  
*praef. § 13* | 24 perfuge *P* | 25 memnonis *P* | iam *HP*, corr.  
*Oud.* | 26 ut *d* et *H* et ut *P* | 27 in conspectum *P* | 28 eas  
repturi *H* | 29 dissidebant *H*

in montibus se continuerant, in plana descenderunt et, dum castella temptant, ab equitatu circumuenti sunt.

19. Harrybas rex Molossorum, bello petitus a Bardyli Illyrio, maiorem aliquanto exercitum habente, 5 <a>molitus inbelles suorum in uicinam regionem Aetoliae famam sparsit, tamquam urbes ac res suas Aetolis concederet: ipse cum his, qui arma ferre poterant, insidias in montibus et locis confragosis distribuit. Illyrii timentes, ne quae Molossorum erant ab Aetolis 10 occuparentur, uelut ad praedam festinantes neglectis ordinibus adcelerare coeperunt: quos dissipatos, nihil tale exspectantes, Harrybas ex insidiis fudit fugauitque.

20. T. Labienus C. Caesaris legatus aduersus Gallos ante aduentum Germanorum, quos auxilio his uenturos 15 sciebat, configere cupiens diffidentiam simulauit positisque in diuersa ripa castris profectionem edixit in posterum diem. Galli credentes eum fugere flumen, quod medium erat, instituerunt transmittere: Labienus circumactio exercitu inter ipsas superandi amnis diffi- 20 cultates eos cecidit.

21. Hannibal, cum explorasset neglegenter castra Fului Romani ducis munita, ipsum praeterea multa temere audere, prima luce, cum densiores nebulae praestarent obscuritatem, paucos equites munitionum 25 nostrarum uigilibus ostendit: quo Fuluius repente mouit exercitum. Hannibal per diuersam partem castra eius occupauit et illa in tergum Romanorum effusus octo milia fortissimorum militum cum ipso duce trucidauit.

1 discederunt *H*<sup>1</sup> | 3 Harridas *CHP* Aridas *d* Arrybas *Iustin.* 7, 6, 11. 8, 6, 4. 7. Arybbas *Trog. prol.* 8 Arubas *Oros.* 3, 12, 8 | molosorum *H* | potitus *HP*, *corr. d* | a Bardylie (-dyli *corr. Ded.*) *H. Valesius coll. Diod.* 16, 4 abardiae *H* abardie *P* | 4 ylliria *H* | habentem *H* | 5 molitus *HP*, *corr. d* | inbellem *H* *ante corr.* | 7 iis *P* | ferme *H* | 9 yllirii *H* | molosorum *H* | 10 neclectis *H* | 12 harribas *H* harridas *P* | 13 C.] consul *H* | legatis *H* *ante corr.* | 16 eduxit *H* | 17 eum *om.* *H*<sup>1</sup> | 18 instituerat *H* | 22 fuluii *hP* | 25 repentino exercitum (*m exp. h*) *H* | 26 diuersam *edd.* aduersam *HP* auersam *Guictus: sed cf. Appian. Hann.* 48 | 27 ille *H* ita *edd.* | tergum (*rg in ras. h*) ramanorum *H*

22. Idem Hannibal, cum inter Fabium dictatorem et Minucium magistrum equitum diuisus esset exercitus et Fabius occasionibus inmineret, Minucius pugnandi cupiditate flagraret, castra in campo, qui medius inter hostes erat, posuit et, cum partem peditum in confragosis rupibus celasset, ipse ad euocandum hostem misit, qui proximum tumulum occuparent: ad quos opprimendos cum eduxisset copias Minucius, insidiatores ab Hannibale dispositi subito consurrexerunt et delessent Minuci exercitum, nisi Fabius periclitantibus subuenisset.

23. Idem Hannibal, cum ad Trebiam in conspectu haberet Semproni Longi consulis castra, medio amne interfluente, saeuissima hieme Magonem et electos in insidiis posuit. deinde Numidas equites ad eliciendam Semproni credulitatem adequitare uallo eius iussit, quibus praeceperat, ut ad primum nostrorum incursum per nota refugerent uada. hos consul et adortus temere et secutus ieiunum exercitum in maximo frigore transitu fluminis rige fecit: mox torpore et inedia affectis Hannibal suum militem opposuit, quem ad id ignibus oleoque et cibo fouerat; nec defuit partibus Mago, quin terga hostium in hoc ordinatus caederet.

24. Idem ad Trasumenum, cum arta quaedam uia in<ter lacum et> radices montis in campos patentes duceret, simulata fuga per angustias ad patentia euasit ibique castra posuit ac nocte dispositis militibus et per collem, qui imminebat, et in lateribus angustiarum

---

3 immineret et *H* | 6 uocandum *H* | 7 occuparent (*rent in ras. decem fere litt. h*) *H* | 9 consurrexerunt (*onsurrex in ras. h*) *H* | 10 munici *H*<sup>1</sup> municii *h* minutii *P* | 11 subuenissent *H*<sup>1</sup> | 13 symproni *H*<sup>1</sup> sympronii *h P* | medios *H ante ras.* | 14 interfluente *H* | geme *H*<sup>1</sup> | 15 eligendam *H* deliciendam *P* | 16 symproni *H* sempronii *P* | 19 insecutus *d* | ieiunum *H* | 22 fuerat *H*<sup>1</sup> | 23 qui *HP, corr. d* | 24 thrasymenum *HP* | 25 inter lacum et radices *Hartel coll. Liu. 22, 4* in radices *HP* per radices *uel in radice d* | 26 patenti *H*

prima luce, nebula quoque adiutus, aciem direxit:  
 Flaminius uelut fugientem insequens, cum angustias  
 esset ingressus, non ante prouidit insidias, quam simul  
 a fronte, lateribus, tergo circumfusus ad internicionem  
 5 cum exercitu caederetur.

25. Idem Hannibal aduersus Iunium dictatorem  
 nocte intempesta DC equitibus imperauit, ut in plures  
 turmas segregati per uices sine intermissione circa  
 castra hostium se ostentarent: ita tota nocte Romanis  
 10 in uallo statione ac pluuiā, quae forte continua fuerat,  
 inquietatis confectisque, cum receptui signum mane  
 Iunius dedisset, Hannibal suos requietos eduxit et  
 castra eius inuasit.

26. Epaminondas Thebanus in eundem modum,  
 15 cum Lacedaemonii a<d Is>thmon uallo ducto Pello-  
 poneson tuerentur, paucorum opera leuis armaturae  
 tota nocte inquietauit hostem. ac deinde prima luce  
 <re>uocatis suis, cum Lacedaemonii se recepissent,  
 subito uniuersum exercitum, quem quietum habuerat,  
 20 admouit et per ipsa munimenta destituta propugnato-  
 ribus inrupit.

27. Hannibal directa acie ad Cannas DC equites  
 Numidas transfugere iussit, qui ad fidem faciendam  
 gladios et scuta nostris tradiderunt et in ultimum  
 25 agmen recepti, ubi primum concurri coepit, strictis  
 minoribus quos occultauerant gladiis, scutis iacentium  
 adsumptis, Romanorum aciem ceciderunt.

---

2 flaminis *H*<sup>1</sup> | 4 a] in *H* ante corr. | interneccionem *hP* |  
 5 cederet *H* | 6 ////iunium (fe uid. erasum) *H* | 7 sescentis *P* |  
 in om. *P* | 10 forte (fort in ras. *h*) *H* | 11 inquietis *P* | con-  
 fectique *H*<sup>1</sup> | mane Iunius *Zechmeister* mani (romani *h*) unius *H*  
 iam iunius *P* | 14 Epiminondas *H* | 15 ad Isthmon *Palmerius*  
 athmon *HP* ad Onion *Scriu. coll. Polyæn. 2, 3, 9* | peloponeson  
 (sed pelo add. *h*) *H* peloponeson *P* | 18 reuocatis *Oud.* noua-  
 tis *H*<sup>1</sup> uocatis *h* uocatus *P* euocatis *Stew.* | 19 excitum *H*<sup>1</sup> |  
 20 amouit *P* | 22 derecta *H*<sup>1</sup> | DC] quingenti *Liu. 22, 48, 2.*  
*Appian. Hann. 20--23* | 23 iussit — scuta om. *H*<sup>1</sup> | 24 no-  
 stras *H*<sup>1</sup>



28. Iapydes P. Licinio proconsuli pag(an)os quoque sub specie deditiois obtulerunt, qui recepti et in postrema acie conlocati terga Romanorum ceciderunt.

29. Scipio Africanus, cum aduersa haberet bina 5 hostium castra, Syphacis et Carthaginensium, statuit Syphacis, ubi multa incendii alimenta erant, adgredi nocte ignemque inicere, ut ea re Numidas quidem ex suis castris trepidantes caederet, Poenos autem, quos certum erat ad succurrendum sociis procururos, in- 10 sidiis dispositis exciperet. utrumque ex sententia cessit: <nam> tamquam ad fortuitum incendium sine armis procurrentis adortus cecidit.

30. Mithridates, a Lucullo uirtute frequenter superatus, insidiis eum appetiit, Adathante quodam emi- 15 nente uiribus subornato, ut transfugeret et fide parta hosti facinus perpetraret: quod is strenue quidem, sed sine euentu conatus est. receptus enim a Lucullo in gregem equitum non sine tacita custodia habitus est, quia nec credi subito transfugae nec inhiberi reliquos 20 oportebat. cum deinde frequentibus excursionibus promptam et enixam operam exhiberet, fide acquisita tempus elegit, quo missa principia quietem omnibus castrensibus dabant praetoriumque secretius praestabant. casus adiuuit Lucillum. nam qui ad uigilantem 25

1 Iapies *H* Iapyges *P*, corr. *Oud. coll. Liu. 43, 5, 3 et epitom. 43* | procon̄s *H* procons *P* | paganos *Stew.* pagos *HP* paucos *Scr.* | pugnacissimos quosque *Goetz* | 5 auersa (*pr. a in ras. trium litt. h*) *HP*, corr. *d* | 6 carthaginensium *h* | 7 incendia *H* incendiis *edd.* | 8 noctem *H* | 11 ex sententiam (*sed m exp. h*) cessit *H* ex sententia incessit *P* ex sententia successit *d* | 12 nam tamquam *scripsi* tamqui *H* tam namque qui *P* namque *d* namque ut *Goetz* nam <et Numidas castris exutos et Poenos tam>quam *Graeuus coll. Liu. 30, 5, 6* | 13 procurrentes *h* | 14 Mithridatis *H* | 15 ad athante quodam *P* adath antequam *H* Ὀλθακός *Plut. Lucull. 16* Ὀλκάβας *Appian. Mithr. 79* | eminentem *H*<sup>1</sup> | 16 subornato *om. H*<sup>1</sup> | parta] facta *Stew.* | 17 hostis *d* | his *H*<sup>1</sup> | 18 luculo *H*<sup>1</sup> | 21 dein *P* | 22 fidem *H*<sup>1</sup> | 23 eligit *H*<sup>1</sup> | 25 cassus *H*<sup>1</sup>

usque admitteretur, fatigatum nocturnis cogitationibus illo tempore quiescentem inuenit. cum deinde, tamquam nuntiaturus subitum aliquid ac necessarium, intrare uellet et pertinaciter a seruis ualetudini domini  
 5 consulentibus excluderetur, ueritus, ne suspectus esset, equis quos ante portam paratos habebat ad Mithridaten refugit inritus.

31. Sertorius in Hispania, cum apud Lauronem oppidum uicina castra Pompei castris haberet et duae  
 10 tantummodo regiones essent, ex quibus pabulum peti posset, una in propinquo, altera longius sita, eam quae in propinquo erat subinde a leui armatura infestari, ulteriorem autem uetuit ab ullo armato adiri, donec persuasit aduersariis, tutiorem esse quae erat  
 15 remotior. quam cum petissent Pompeiani, Octanium Graecinium cum decem cohortibus in morem Romanorum armatis et decem Hispanorum leuis armaturae et Tarquitium Priscum cum duobus milibus equitum  
 20 ire iubet ad insidias tendendas pabulatoribus. illi strenue imperata faciunt. explorata enim locorum natura, in uicina silua nocte praedictas copias abscondunt ita, ut in prima parte leues Hispanos, aptissimos ad furta bellorum, ponerent, paulo interius scutatos, in remotissimo equites, ne fremitu eorum cogitata  
 25 proderentur: quiescere omnes silentio seruato in horam tertiam diei iubent. cum deinde Pompeiani securi

---

1 admitterentur *H* | cogitationibus *d* cogitantibus *H* cogitatus *P* | 2 quiescentēs (sed s exp. h) *H* quiescentes *P* | 4 ualitudinis *H* | 6 paratus *H* | mithridaten *H* mithridatem *P* | 9 pompeii *h* | 12 quae om. *H*<sup>1</sup> | iussit ante infestari addere non ausus sum, quamuis dura sit ellipsis | 13 armatura *H* ante ras. | 15 petiissent *d* | 16 graecinium *HP* Graecinum *Oud.* coll. *Plut. Sert.* 26 | ramanorum *H*<sup>1</sup> | 17 a leuis *H* | 18 tarquinium *HP*, corr. *Oud.* ex *Sall. hist.* 3, 4 *D.* | cum om. *H* | 19 ire] iurae *H* | 23 furta (sed rt h in ras. trium litt.) *H* | 24 in remotissimos uel inde remotissimos *d* | eorum *hP*, om. *H*<sup>1</sup> equorum *d* | 26 iubet *HP*, corr. *d* | securi oneratique *d* securatique *H* securi curatique *P* s. grauatique *Gron.* s. curuatique *Oud.*

oneratique pabulo de reditu cogitarent et hi quoque,  
 qui in statione fuerant, quiete inuitati ad pabulum  
 conligendum dilaberentur, emissi primum Hispani uelo-  
 citate gentili in palantes effunduntur et conuulnerant  
 confunduntque nihil tale exspectantes. prius deinde 5  
 quam resisti his inciperet, scutati erumpunt e saltu  
 et redeunt in ordinem consternant auertuntque:  
 fugientibus equites inmissi toto eos spatio, quo redi-  
 batur in castra, persecuti caedunt. curatum quoque,  
 ne quis effugeret: nam reliqui CCL equites praemissi 10  
 facile per compendia itinerum effusis habenis, ante-  
 quam ad castra Pompei perueniretur, conuersi occur-  
 rerunt eis, qui primi fugerant. ad cuius rei sensum  
 Pompeio emittente legionem cum D. Laelio in prae-  
 sidium suorum, subducti in dextrum latus uelut ces- 15  
 serunt equites, deinde circumita legione hanc quoque  
 <a> tergo infestauerunt, cum iam et a fronte qui pabu-  
 latores persecuti erant incursarent: sic legio quoque inter  
 duas acies hostium cum legato suo elisa est. ad cuius  
 praesidium Pompeio totum educente exercitum, Ser- 20  
 torius quoque e collibus suos instructos ostendit  
 effecitque, ne Pompeio expediret: ita praeter duplex  
 damnum, eadem sollertia inlatum, spectatorem quoque  
 eum cladis suorum continuit. hoc primum proelium  
 inter Sertorium et Pompeium fuit: X milia hominum 25

1 hii *H* | 2 instructione *H* | 4 palantis *P* | 5 tale] tam *H* |  
 6 inciperetur *d* | erumpentes saltu *H* | 7 redeuntis *P* | consternunt *d* | uertuntque *P* | 8 eo *H* | rediebatur *HP*, corr. *d* | 9 ceduntur *H* | cura tum *Ded.* | 10 nam] non *H* | CCL *edd.* CCL. in *H* ante ras. fuisse uestigia docent. CCD. h in ras. et *P* DCC *d* |  
 12 pompeii *h* | occurrerent *H* | 14 pompeii *H*<sup>1</sup> | 15 cesserunt fugientes *d* | 16 circumita legione haesitans scripsi praeunte Zechmeistero et cum ita legione (legionem *P*) *HP*: uidentur plura excidisse | 17 a add. *d* | infestauerunt *H* infestarent *P* | iam etiam *d* | 22 effecit quoque *HP*, corr. *d* | ante expediret lacunam esse suspicabatur Guictus id supplendum proposuit Wasse |  
 24 eam *H* | uerba hoc primum — auctor est dubito an aliena sint: cf. praef. § 9 | 25 .X. hominum *H*

de Pompei exercitu amissa et omnia inpedimenta  
Liuius auctor est.

32. Pompeius in Hispania, dispositis ante qui ex  
occulto adgrederentur, simulato metu deduxit instan-  
5 tem hostem in loca insessa: deinde, ubi res poposcit,  
conuersus et in fronte et utrisque lateribus ad inter-  
nicionem cecidit, capto etiam duce eorum Perperna.

33. Idem aduersus Mithridaten in Armenia, nu-  
mero et genere equitum praeualentem, tria milia leuis  
10 armaturae et D equites nocte in ualle sub uirgultis,  
quae inter bina castra erant, disposuit. prima deinde  
luce in stationem hostium emisit equites ita formatos,  
ut, cum uniuersus cum exercitu hostium equitatus  
proelium inisset, seruatis ordinibus paulatim cederent,  
15 donec spatium darent consurgendi a tergo ob hoc  
dispositis. quod postquam ex sententia contigit, con-  
uersis qui terga dedisse uidebantur, medium hostem  
trepidantem cecidit, ipsos etiam equos pedite commi-  
nus accedente confodit: eoque proelio fiduciam regi,  
20 quam in equestribus copiis habebat, detraxit.

34. Crassus bello fugitiuorum apud Cantennam  
bina castra comminus cum hostium castris uallauit.  
nocte deinde commotis copiis, manente praetorio in  
maioribus castris, ut fallerentur hostes, ipse omnes  
25 copias eduxit et in radicibus praedicti montis consti-  
tuit; diuisoque equitatu praecepit L. Quintio, partem  
Spartaco obiceret pugnaque eum frustraretur, parte  
alia Gallos Germanosque ex factione Casti et Cannici  
eliceret ad pugnam et fuga simulata deduceret, ubi

---

1 pompeii *H* | 5 poscit *H* | 6 conuersis *HP*, corr. *d* |  
internitionem *H*<sup>1</sup> *P* internentionem *h* | 8 mithridaten *H* | 9 gene-  
ribus (*i ex e h*) *H* | praeualente *P* | 11 uina *H*<sup>1</sup> uimineae *h* | 12  
statione *P* | misit *H* | formatos *d* firmatos *HP* | 15 ob] ab *H*<sup>1</sup> |  
18 ante pedite in *H* duae litt. *erasae* | 19 regi quam] reliquam  
*H* | 21 catanam uel cathenam *d* | 23 commotis *nos* commutatis  
*HP* communicatis uel communitis *d* coniunctis *Oud.* | 26 par-  
tam *h* | 27 pugnamque eam *H* | 28 gannici *P* | 29 eligeret *H* |  
fuga *Oud.* pugna *HP*

ipse aciem instruxerat: quos cum barbari insecuti essent, equite recedente in cornua, subito acies Romana adaptata cum clamore procurrit. XXXV milia armatorum eo proelio interfecta cum ipsis ducibus Liuius tradit, receptas quinque Romanas aquilas, signa 5 sex et XX, multa spolia, inter quae quinque fasces cum securibus.

35. C. Cassius in Syria aduersus Parthos ducemque <O>sacen equitem ostendit a fronte, cum a tergo peditem in confragoso loco occultasset: dein cedente 10 equitatu et per nota se recipiente, in praeparatas insidias perduxit exercitum Parthorum et cecidit.

36. Ventidius Parthos et Labienum, alacres successibus victoriarum, dum suos ipse per simulationem metus continet, euocauit et in loca iniqua deductos 15 adgressus per obreptionem adeo debellauit, ut destituto Labieno prouincia excederent Parthi.

37. Idem aduersus Pharnastanis Parthos, cum ipse exiguum numerum militum haberet, illis autem fiduciam ex multitudine uideret increscere, ad latus 20 castrorum XVIII cohortes in obscura ualle posuit, equitatu post terga peditum conlocato. tum paucos admodum milites in hostem misit: qui ubi simulata fuga hostem effuse sequentem ultra locum insidiarum perduxere, coorta a latere acie praecipitatos in fugam, 25 in his Pharnastanem, interfecit.

38. C. Caesar, suis et Afranii castris contrarias

3 XXXV milia] .XXXV. H<sup>1</sup>. XXXV. h P | 6 .XX. H<sup>1</sup> P .XX. h | 7 uerba XXXV milia — securibus suspecta uidentur: cf. praef. § 9 | 8 C. om. H | ducemque Osacen Hartel coll. Dion. 40, 29 ducemq: sacen H ducesacen P ducens aciem d | 13 et om. H | 15 euocauit om. H | 16 destituto h destitu H<sup>1</sup> destituti P: cf. Dion. 48, 40, 3 | 18 pharnastanes H Pharnastanem et d Pharnapatis Oud. coll. Dion. 48, 41. Plut. Ant. 33 | 21 ualde H ante ras. | 22 equitatū h | conlocatum paucos H | 25 acies d: sed cf. p. 103, 8 | praecipitatos d praecipitatis H P | praecipitatis in fugam Parthis in his edd.: sed cf. p. 72, 12 | 26 pharnastatem H pharnastauen P | 27 afranius H Afranianis edd.

tenentibus planitias, cum utriusque partis plurimum interesset colles proximos occupare idque propter saxorum asperitatem esset difficile, tamquam Ilerdam repetiturum retro agmen ordinauit, faciente inopia  
 5 fidem destinationi. intra breuissimum deinde spatium exiguo circuitu flexit repente ad montis occupandos. quo uisu perturbati Afraniani uelut captis castris et ipsi effuso cursu eosdem montes petiere: quod futurum cum praediuinasset Caesar, partim peditatu quem prae-  
 10 miserat, partim a tergo summissis equitibus inordinatos est adortus.

39. Antonius apud Forum Gallorum, cum Pansam consulem aduentare comperisset, insidiis per siluestria Aemiliae uiae dispositis agmen eius exceptit fuditque  
 15 et ipsum eo uulnere adfecit, quo intra paucos dies exanimaretur.

40. Iuba rex in Africa bello ciuili Curionis animum simulato regressu inpulit in uanam alacritatem: cuius spei uanitate deceptus Curio, dum tamquam fugientem  
 20 Saborum regium praefectum persequitur, deuenit in patentes campos, ubi Numidarum circumuentus equitatu, perduto exercitu, cecidit.

41. Melanthus dux Atheniensium, cum prouocatus a rege hostium Xantho Boeotio descendisset ad pugnam,  
 25 ut primum cominus stetit, 'inique', inquit, 'Xanthe, et contra pactum facis: aduersus solum enim cum altero processisti.' cumque admiratus ille, quisnam se comitaretur, respexisset, auersum uno ictu confecit.

42. Iphicrates Atheniensis ad Cherronessum, cum

1 planicies *d* | 3 hilerdam *P* | 4 repetiturus *d* | 6 moni-  
 tis *H* montes *P* | 7 qui uiso *H*<sup>1</sup> quos uisos *h* | 8 ipse *H* | 9 pe-  
 ditatu — partim *om.* *H*<sup>1</sup> | 10 equitibus] sequentibus *H* | inor-  
 dinatus *H* | 16 exam *H*<sup>1</sup> | 17 in africae *P* | 20 saborum *H* sa-  
 boram *P* | deuenit *H*, sed deu *in ras.* *h* | 23 Melantus *P* | 24  
 xanto *P* | boetio *CHP* | 25 stet *CH* | xante *P* | 26 facis *d*  
 pacis *CHP* | aduersum *C* | solus *H*<sup>1</sup> | 27 se *om.* *H*<sup>1</sup> | 28 comit-  
 taretur *HP* | 29 cherronessum *H* cerronessum *P*

sciret Lacedaemoniorum ducem Anaxibium exercitum pedestri itinere ducere, firmissimam manum militum eduxit e nauibus et in insidiis conlocavit, naues autem omni tamquam onustas milite palam transnavigare iussit: ita securos et nihil expectantes Lacedaemonios 5 a tergo ingressus itinere oppressit fuditque.

43. Liburni, cum uadosa loca obsedissent, capitibus tantum eminentibus fidem fecerunt hosti alti maris ac triremem, quae eos persequabatur, implicatam uado ceperunt. 10

44. Alcibiades dux Atheniensium in Hellesponto aduersus Mindarum Lacedaemoniorum ducem, cum amplum exercitum et plures naues haberet, nocte expositis in terram quibusdam militum suorum, parte quoque nauium post quaedam promunturia occultata, 15 ipse cum paucis profectus ita, ut contemptu sui hostem inuitaret, eundem insequentem fugit, donec in praeparatas insidias perduceret: auersum deinde et egredientem in terram per eos, quos ad hoc ipsum exposuerat, cecidit. 20

45. Idem, nauali proelio decertaturus, constituit malos quosdam in promunturio praecepitque his quos ibi relinquebat, ut, cum commissum proelium sensissent, panderent uela: quo facto consecutus est, ut hostes aliam classem in auxilium ei superuenire arbitri uerterentur. 25

46. Memnon Rhodius nauali proelio, cum haberet ducentarum nauium classem et hostium naues elicere

---

1 anaxibium *d* | 3 in insidiis *h* insidiis *H<sup>1</sup>P* | 4 omni *Oud.* omnium *HP* | palam *om.* *H<sup>1</sup>* | 5 nihil tale *Ded. coll.* *p. 62, 12. 67, 5* | expectantis *P* | 6 adgressus in itinere *d* | 7 uadoso loco *H* | 8 tantum *H*, *sed tan in ras. h* | fuerunt *H* ferunt *h* | 9 ac triremem *P*, *om.* *H<sup>1</sup>* ac trierem *h* | 14 in terra *h* | 15 promontoria *h* | culata *H<sup>1</sup>* celata *h* | 16 contemptus *H* | 17 inuitarent *H* | 18 aduersum *P* | 19 quos *om.* *H* | 22 promuntorio *h* | quassibi (*pr. s ex e*) *H<sup>1</sup>* | 23 relinquebatur (*ur exp. h*) cum *H* | 26 auerterentur *Wasse* | 27 rhodius *H* | 28 eligere *H*

ad proelium uellet, ita ordinauit suos, ut paucarum nauium malos erigeret easque primas agi iuberet: hostes procul conspicati numerum arborum et ex eo nauium quoque coniectantes obtulerunt se certamini  
5 et a pluribus occupati superatique sunt.

47. Timotheus dux Atheniensium aduersus Lacedaemonios nauali acie decertaturus, cum instructa classis eorum ad pugnam processisset, ex uelocissimis nauibus uiginti praemisit, quae omni arte uarioque  
10 flexu eluderent hostem: ut primum deinde sensit minus agiliter moueri aduersam partem, progressus praelassatos facile superauit.

#### VI. DE EMITTENDO HOSTE, NE CLAUSUS PROELIUM EX DESPERATIONE REDINTEGRET.

15 1. Gallos eo proelio, quod Camilli ductu gestum est, desiderantes nauigia, quibus Tiberim transirent, senatus censuit transuehendos et com meatibus quoque prosequendos.

Eiusdem generis hominibus postea per Pomptinum  
20 agrum fugientibus uia data est, quae Gallica appellatur.

2. T. Marcius eques Romanus, cui duobus Scipionibus occisis exercitus imperium detulit, cum circumuenti ab eo Poeni, ne inulti morerentur, acrius pugnant, laxatis manipulis et concesso fugae spatio dis-  
25 sipatos sine periculo suorum trucidauit.

3. C. Caesar Germanos inclusos, ex desperatione fortius pugnantis, emitti iussit fugientesque adgressus est.

---

2 erigeret *h* eligeret *H*<sup>1</sup> *P* | 3 conspicat *H*<sup>1</sup> | 6 Timotheus *P* | 7 cum *om.* *H* | 8 ad pugnam *P* | 9 .XX. *P* | 12 praelassatos *HP* lassatos *conicies*: *cf. praef. § 14*

13 *titulum om.* *H*<sup>1</sup> | clusus *h* | 14 ex *d* in *hP*: *cf. p. 38, 15* | reintegret *P* | 16 thiberim *P* | 19 promptinum *HP, em.* *edd.*: *cf. Liu. 7, 25* | 20 uia *d.*] uadata *H* | appellantur *H*<sup>1</sup> | 21 T. *HP, item p. 82, 11 L. edd. coll. Liu. 25, 37* | 22 cum *om. H* | 25 cidauit *H*<sup>1</sup> 26 Gaius *C* | et ex *Oud.*: *sed cf. p. 62, 11* | 27 iusit *ex* misit *C* iussit *H*, *sed ius in ras. h*



4. Hannibal, cum ad Trasumennum inclusi Romani acerrime pugnarent, diductis ordinibus fecit eis abeundi potestatem euntesque sine suorum sanguine strauit.

5. Antigonus rex Macedonum Aetolis, qui in ob-  
sersionem ab eo compulsi fame urgebantur statue-  
rantque eruptione facta commori, uiam fugae dedit:  
atque ita infracto impetu eorum insecutus auersos  
cecidit.

6. Agesilaus Lacedaemonius aduersus Thebanos, cum acie confingeret intellexissetque hostes locorum  
condicione clausos ob desperationem fortius dimicare,  
laxatis suorum ordinibus apertaue Thebanis ad eua-  
dendum uia, rursus in abeuntis contraxit aciem et  
sine iactura suorum cecidit auersos.

7. Cn. Manlius consul, cum ex acie reuersus capta  
ab Etruscis Romanorum castra inuenisset, omnibus  
portis statione circumdatis inclusos hostes in eam  
rabiem efferauit, ut ipse in proelio caderet: quod  
<ut> animaduertentur legati eius, ab una porta remota  
statione exitum Etruscis dederunt et effusos persecuti,  
occurrente altero consule Fabio, ceciderunt.

8. Themistocles uicto Xerxe uolentes suos pontem  
rumpere prohibuit, cum docuisset aptius esse eum  
expelli Europa, quam cogi ex desperatione pugnare.  
idem misit ad eum, qui indicaret, in quo periculo  
esset, nisi fugam maturaret.

9. Pyrrhus Epirotarum rex, cum quandam ciuita-  
tem cepisset clausisque portis ex ultima necessitate

---

1 trasumennum *H* trasimennum *P* | inclusi germani (*sed*  
*si ger h in ras.*) *HP*, *em. Stew.* | 2 diducti *H*<sup>1</sup> | 3 euntesque  
*hP* que *H*<sup>1</sup>: *malim* abeuntesque | sine suorum *h in ras.* | 4 An-  
tigonus *H*, *sed igon in ras. h* | Aetolis] et horis *P* | 5 statue-  
rentque *H* | 11 dimicarent *H ante ras.* | 12 laxatus *H*<sup>1</sup> | 13 in-  
abeuntibus *H* | 15 manilius *HP*, *corr. edd.* | 16 romanorum *H*  
*ante ras. romana hP: nescio an alienum sit, cf. praef. § 13*  
19 *ut add. edd.* | animaduertentes *d* | porta *Oud. parte HP*  
remoti *H* | 23 cautius *Oud.* eum cum *H* | 24 ex Europa *d*  
26 maturasset *P* | 27 Pyrrus *HP*

fortiter dimicantes eos, qui inclusi erant, animaduertisset, locum illis ad fugam dedit.

10. Idem inter praecepta imperatoria memoriae tradidit, non esse pertinaciter instandum hosti fugienti,  
 5 ne non solum <e>a re fortius ex necessitate resisteret, sed ut postea quoque facilius acie cederet, <cum sciret> non usque ad perniciem fugientibus instaturos uictores.

## VII. DE DISSIMULANDIS ADVERSIIS.

1. Tullus Hostilius rex Romanorum commisso ad-  
 10 uersus Veientes proelio, cum Albani deserto exercitu Romanorum proximos peterent tumulos eaque res turbasset nostrorum animos, clare pronuntiauit iussu suo Albanos id fecisse, ut hostem circumueniret: quae  
 15 res et terrorem Veientibus et Romanis fiduciam attulit remque inclinatum consilio restituit.

2. L. Sulla, cum praefectus eius, comitante non exigua equitum manu, commisso iam proelio ad hostis transfugisset, pronuntiauit iussu suo id factum: eaque  
 20 ratione militum animos non tantum a confusione retraxit, sed quadam etiam spe utilitatis, quae id consilium secutura esset, confirmauit.

3. Idem, cum auxiliares eius missi ab ipso circumuenienti ab hostibus et interfecti essent uerereturque, ne propter hoc damnum uniuersus trepidaret exercitus,  
 25 pronuntiauit auxiliares, qui ad defectionem conspirassent, consilio a se in loca iniqua deductos: ita

1 inclusi *H*<sup>1</sup> | animaduertissent *H* | 3 inter *om.* *H*<sup>1</sup> | inter cetera praecepta *d* | 4 pertinaciter *H*<sup>1</sup> | 5 ne *om.* *H* | ea re *Goetz* a se *HP* acie *Oud.* spe *conieceram* | ex *om.* *H*<sup>1</sup> | 6 uerba non — uictores *eicit Oud.*: cf. *praef.* § 9 | cum sciret *add. d* ratus *add. eidd.* | 7 fugientibus] fugienti sibi *Ded.*

8 *titulum om.* *H*<sup>1</sup> | 9 Tullius *P* | 10 uehientes *HP* | 12 pronuntiauit *H* | 13 circumuenirent *d* | 14 uehientibus *HP* | 16 syllā *H* sillā *P* | 17 proelio] alio *H* | hostes *h* | 20 quandam *H* | spē *h* | 21 consūmauit *P* | 25 auxiliares *h* auxiliariibus *H*<sup>1</sup> *P*

manifestissimam cladem ultionis simulatione uelauit et militum animos hac persuasione confirmauit.

4. Scipio, cum Syphacis legati nuntiarent ei regis sui nomine, <ne> fiducia societatis eius ex Sicilia in Africam transiret, ueritus, ne confunderentur animi 5 suorum abscisa <spe> peregrinae societatis, dimisit pro<pe>re legatos et famam diffudit, tamquam ultro a Syphace accerseretur.

5. Q. Sertorius, cum acie decertaret, barbarum, qui ei nuntiauerat Hirtuleium perisse, pugione traiecit, 10 ne et in aliorum id notitiam perferret et ob hoc animi suorum infirmarentur.

6. Alcibiades Atheniensis, cum <ab> Abydenis proelio urgueretur subitoque magno cursu tristem aduentare animaduertisset tabellarium, prohibuit palam 15 dicere, quid adferret. dehinc secreto sciscitatus, a Pharnabazo regio praefecto classem suam oppugnari celatis et hostibus et militibus proelium finiit ac protinus ad eripiendam classem ducto exercitu opem tulit suis. 20

7. Hannibalem uenientem in Italiam tria milia Carpetanorum reliquerunt: quos ille, exemplo ne et ceteri mouerentur, edixit a se esse dimissos et insuper in fidem eius rei paucos leuissimae operae domos remisit. 25

8. L. Lucullus, cum animaduertisset Macedonas equites, quos in auxilio habebat, subito consensu ad

---

2 ac *H*<sup>1</sup> | persuasione *H* | 3 se yphacis *H*<sup>1</sup> | nuntiauit *H*<sup>1</sup> | 4 ne *add. d* | ex Sic.] exilia *H*<sup>1</sup> auxilia *h* | 5 transirent *H* | 6 spe *add. Zechm.* | peregrinae *ex* peregrinae *H* | peregrina societate *P* | 7 prope legatos *Mod.: cf. Liu. 29, 24* prorelegatos (-tis *h*) *HP* | 8 accerseretur *h* accesseretur *H*<sup>1</sup> accessiretur *P* | 10 hirtuleium *H* | 11 id *h* ad *H*<sup>1</sup>*P* | 13 ab *add. edd.* | 14 subito quem cursu *H*<sup>1</sup> | 15 tabellorum *H*<sup>1</sup> | 16 dein *P* | secretos sciscitatos *H* | 18 finiit *d* finit *HP* | ac] a *H*<sup>1</sup> | 22 Carpetanorum *Casaub. coll. Liu. 21, 23* carpentarium *H* carpentariorum *P* | relinquerunt *H*<sup>1</sup> | quos *d* quo *H* quod *P* | 23 eduxit *H ante ras.* | 26 macedones *h*

hostem transfugere, signa canere iussit et turmas, quae eos sequerentur, inmisit. hostis committi proelium ratus transfugientes telis exceptit: Macedones, qui uiderent neque recipi se ab aduersariis et premi ab  
5 his, quos deserebant, necessario ad iustum proelium conuersi hostem inuaserunt.

9. Datames dux Persarum aduersum Autophradaten in Cappadocia, cum partem equitum suorum transfugere comperisset, ceteros omnes uenire secum iussit  
10 adsecutusque transfugas conlaudauit, quod eum alacriter praecessissent, hortatusque est eos etiam, ut fortiter hostem adorirentur: pudor transfugis attulit paenitentiam et consilium suum, quia non putabant deprehensum, mutauerunt.

15 10. T. Quintius Capitolinus consul cedentibus Romanis ementitus est in altero cornu hostes fugatos et ita confirmatis suis uictoriam retulit.

11. Cn. Manlius aduersus Etruscos, uulnerato collega M. Fabio, qui sinistrum cornu ducebat, et ob id  
20 ea parte cedente, quod etiam occisum crederent consulem, cum turmis equitum occurrit, clamitans et collegam uiuere et se dextro cornu uicisse: qua constantia redintegratis animis suorum uicit.

12. Marius aduersus Cimbros et Teutonos, cum  
25 metatores eius per inprudenciam ita castris locum cepissent, ut sub potestate barbarorum esset aqua, flagitantibus eam suis, digito hostem ostendens 'illinc', inquit, 'petenda est': quo instinctu adsecutus est, ut protinus barbari tollerentur.

---

3 transfugientes *H*, sed prior e in ras. quattuor litt. *h* | qui cum *P* | exceptit Macedonas: qui cum *edd.* | 7 autophradaten *HP* | 11 eos *om.* *H*<sup>1</sup> | 12 adorirentur *H*<sup>1</sup> | 13 qui *H* | 14 deprehensum *H* | 18 manilius *HP*, *em. edd.* | M. Fabius aduersus — collega Manlio *Ded. coll. Liu. 2, 47: sed cf. praef. § 11* | uulneratos *P* | 19 collega M. scripsi collegam *H*<sup>1</sup> collega *h* collegas *P* | sinistrum docebat *H* | id *om.* *H* | 20 ea *om.* *P* | 23 redintegratis *H*, sed red in ras. *h* | 24 Maurius *H* | 28 inquit] quod *H*<sup>1</sup> | quod *H* ante ras. | 29 pellerentur *Gron.*

13. T. Labienus post Pharsalicam pugnam, cum uictis partibus Dyrrhachium refugisset, miscuit uera falsis et, non celato exitu pugnae, aequatam partium fortunam graui uulnere Caesaris finxit: et hac adsimulatione reliquis Pompeianarum partium fiduciam fecit. 5

14. M. Cato, cum Ambraciam eo tempore, quo sociae naues ab Aetolis oppugnabantur, imprudens uno lembo appulisset, quamquam nihil secum praesidii haberet, coepit signum uoce gestuque dare, quo uideretur subsequentis suorum nauis uocare, eaque 10 adseueratione hostem terruit, tamquam plane adpropinquarent, qui quasi ex proximo citabantur: Aetoli, ne aduentu Romanae classis opprimerentur, reliquerunt oppugnationem.

VIII. DE RESTITUENDA PER CONSTANTIAM ACIE. 15

1. Seruius Tullius adulescens proelio, quo rex Tarquinius aduersus Sabinos conflixit, signiferis segnibus dimicantibus raptum signum in hostem misit: cuius recuperandi gratia Romani ita ardentem pugnaverunt, ut et signum et uictoriam retulerint. 20

2. Furius Agrippa consul cedente cornu signum militare ereptum signifero in hostes Hernicos et Aequos misit. quo facto eius proelium restitutum est: summa enim alacritate Romani ad recipiendum signum incubuerunt. 25

3. T. Quintius Capitolinus consul signum in hostes Faliscos eiecit militesque id repetere iussit.

2 dyrrhacum *H* dirrhacium *P* | 5 reliquiis *Mod.* | 12 primo *H*<sup>1</sup> | cibantur *H*

15 *titulum om. H*<sup>1</sup> | restituenda *d*: cf. p. 38, 18 constituenda *hP* | 16 tullus *HP*, *em. d* | adulescens *h* | 17 conflixit *H*, sed *c exp. et t in ras. h* | 18 raptum *h* | 19 recipiendi *P* | ardentem *H*, sed *alt. r in ras.* | 20 retulerunt *H ante ras.* | 22 Hernicos] Volscos *Ded. coll. Liu. 3, 70: cf. praef. § 11* | 23 facto *d* pacto *HP* | et summa *H* | 27 phaliscos *H* Volscos, *ieicto Capitolinus, con. Oud. coll. Liu. 4, 29* | id *om. H*<sup>1</sup>

4. M. Furius Camillus tribunus militum consulari potestate, cunctante exercitu, arreptum manu signiferum in hostes Volscos et Latinos traxit: ceteros puduit non sequi.

5 [5. Saluius Pelignus bello Persico idem fecit.]

6. M. Furius auerso exercitu, cum occurrisset, adfirmavit non recepturum se in castra quemquam nisi victorem: reductisque in aciem uictoria potitus est.

7. Scipio apud Numantiam, cum auersum suum uideret exercitum, pronuntiauit pro hoste sibi futurum, quisquis in castra redisset.

8. Seruilius Priscus dictator, cum signa legionum ferri in hostis Faliscos iussisset, signiferum cunctantem occidi imperauit: quo exemplo perterriti hostem inuaserunt.

[9. Cossus Cornelius magister equitum aduersus Fidenates idem fecit.]

10. Tarquinius aduersus Sabinos cunctantes equites detractis frenis concitatisque equis perrumpere aciem iussit.

11. M. Atilius consul bello Samnitico ex acie refugientibus in castra militibus aciem suorum opposuit, adfirmans secum et bonis ciuibus dimicatueros eos, nisi cum hostibus maluissent: ea ratione uniuersos in aciem reduxit.

12. L. Sulla, cedentibus iam legionibus exercitui

---

2 exercitum *H* | arreptum *HP*, corr. *d* | 3 ulscos *H*<sup>1</sup> uulscos *h* | 4 nos *H* | 5 exemplum alienum: cf. praef. § 9; ante prius exemplum posuit *Oud. coll. Plut. Aem. 20* | 6 M.] Marcus *C* Idem *Oud.* | auerso exercitu *d* aduerso exercitu *CP* aduersū exercitū *H*, sed uirgula bis in lit. | 8 uictoriā *CH* | 9 cum — uideret] *om. H*<sup>1</sup> cum aduersus *h* aduersum *C* | 12 Siuilius *HP*, *em. Scr. coll. Liu. 4, 46, 10* | 13 ferrit *H*<sup>1</sup> ferret *h* | hostes *P* | 14 perterriti ceteri *d* | 16 exemplum alienum: cf. praef. § 9; post insequens exemplum posuit *Oud. coll. Flor. 1, 11, 3* | 19 procurrere et perrumpere *edd.* | 22 aciem suorum] equitum stationem *Oud. coll. Liu. 10, 36, 6* | 23 et cum bonis *d* | 26 L. *om. H*

Mithridatico ductu Archelai, stricto gladio in primam aciem procucurrit appellansque milites dixit, si quis quaesisset, ubi imperatorem reliquissent, responderent pugnantem in Boeotia: cuius rei pudore uniuersi eum secuti sunt.

13. Diuus Iulius ad Mundam referentibus suis pedem equum suum abduci a conspectu iussit et in primam aciem pedes prosiluit: milites, dum destituere imperatorem erubescunt, redintegruerunt proelium.

14. Philippus ueritus, ne impetum Scytharum sui non sustinerent, fidelissimos equitum a tergo posuit praecepitque, ne quem commilitonum ex acie fugere paterentur, perseuerantius abeuntes trucidarent: qua denuntiatione cum effecisset, ut etiam timidissimi malent ab hostibus quam ab suis interfici, uictoriam adquisiuit.

#### DE HIS QUAE POST PROELIUM FIUNT.

#### VIII. SI RES PROSPERE CESSERIT, DE CONSUMMANDIS RELIQUIIS BELLII.

1. C. Marius, uictis proelio Teutonis, reliquias eorum, quia nox interuenerat, circumsedens, sublatis subinde clamoribus per paucos suorum territauit insomnemque hostem detinuit, ex eo adsecutus, ut postero die inrequietum facilius debellaret.

2. Claudius Nero, uictis Poenis, quos Hasdrubale duce in Italiam ex Hispania traicientes exceperat, caput Hasdrubalis in castra Hannibalis eiecit: quo factum est, ut et Hannibal luctu [nam frater occisus erat]

1 mitridatico *h* mitridatio *H*<sup>1</sup> mitridaico *P* | archelaus *H* |  
3 responderunt *H* | 4 cuius *H*<sup>1</sup> | 7 equum *H*, *sed* *um* *in ras.* *h* |  
10 scytarum *H* scitarum *P* | 13 abeuntis *P*

17 *titulum om.* *H*<sup>1</sup> | fiunt] agenda sunt *d ex p.* 38, 19 |  
18 cessissent *h* | 19 reliquis *H*, *item p.* 38, 22 | 20 maurius *h* |  
21 circumuerat *HP*, *em. Gron.* | 24 inrequetum *H* | 25 Cl.  
*HP* | hasdrubale *H* | 26 in italia *HP*, *corr. d* | 27 hasdrubalis  
*H* | 28 nam — erat *del. Oud.*: *cf. praef. § 9* fratris occisi *d*

et exercitus desperatione aduentantis praesidii affligerentur.

3. L. Sulla his, qui Praeneste obsidebantur, occisorum in proelio ducum capita hastis praefixa ostendit atque ita obstinatorum peruicaciam fregit.

4. Arminius dux Germanorum capita eorum, quos occiderat, similiter praefixa ad uallum hostium admoueri iussit.

5. Domitius Corbulo, cum Tigranocertam obsideret et Armenii pertinaciter uiderentur toleraturi obsidionem, in Vadandum ex megistanis, quos ceperat, animaduertit caputque eius ballista excussum intra munimenta hostium misit. id forte decedit in medium concilium, quod cum maxime habebant barbari: ad cuius conspectum uelut ostento consternati ad deditonem festinauerunt.

6. Hermocrates Syracusanus superatis acie Carthaginensibus ueritus, ne captiui, quorum ingentem manum in potestatem redegerat, parum diligenter custodirentur, qui euentus dimicationis in epulas et securitatem compellere uictores poterat, finxit proxima nocte equitatum hostilem uenturum: qua exspectatione adsecutus est, ut solito attentius uigiliae agerentur.

7. Idem, rebus prospere gestis et ob id resolutis suis in nimiam securitatem somnoque et mero pressis, in castra hostium transfugam misit, qui prohiberet eos a fuga: dispositas enim ubique a Syracusanis

3 sylla *HP* | 6 Armenus *H* Armenius *P* | 10 tolleratori *H*<sup>1</sup> | 11 uadandum *H* uaduadum *P* quendam *d* Adduum *Oud.* coll. *Vell.* 2, 102 | exciditne unum ante ex? cf. p. 8, 26 | megistanis *edd.* megestanis *HP* megistanibus *Oud.* | 12 ballistae *H* balista *P* | 14 tum *P* tum cum *edd.*: cf. p. 105, 28 | 17 carthaginensibus *CH* Atheniensibus *Ser.* Catinensibus *Tenn.*: cf. *praef.* § 11 | 20 quia *d* qui *HP* quod *edd.* | 21 poterant *H* | 22 quae *H* ante *ras.* | 23 ut *om.* *CH* | 26 hostium *add.* *Ded.* | prohiberet eos a fuga nos premoueret se fuga *H*<sup>1</sup> praemoneret se fuga *Ch* praemoneret se fuga lapsum *P* praetendebat se fuga elapsum *d* praemoneret de fuga *Hedicke*: fortasse plura interciderunt | 27 enim *H* etiam *P*



insidias. quarum metu illi [con]continuerunt se intra castra: Hermocrates detentos eos postero die habilioribus iam suis tradidit bellumque confecit.

8. Miltiades, cum ingentem Persarum multitudinem apud Marathona fudisset, Athenienses circa gratulationem morantis compulit, ut festinarent ad opem urbi ferendam, quam classis Persarum petebat: cumque praecurrisset inplessetque moenia armatis, Persae, rati ingentem numerum esse Atheniensium et alio milite apud Marathona pugnatum, alium pro muris suis opponi, circumactis extemplo nauibus Asiam repetierunt.

9. Pisistratus Atheniensis, cum excepisset Megarensium classem, qua illi ad Eleusin noctu adplicuerant, ut operatas Cereris sacro feminas Atheniensium raperent, magnaue edita caede eorum ultus esset suos, eadem quae ceperat nauigia Atheniensi milite compleuit, quibusdam matronis habitu captiuarum in conspectu locatis: qua facie decepti Megarenses tamquam suis et cum successu renaugantibus effuse obuui inermesque rursus oppressi sunt.

10. Cimon dux Atheniensium, uicta classe Persarum apud insulam Cypron, milites suos captiuis armis induit et eisdem barbarorum nauibus ad hostem nauigauit in Pamphyliam apud flumen Eurymedonta. Persae, qui et nauigia et habitum superstantium adgnoscerent, nihil cauerunt: subito itaque oppressi eodem die et nauali et pedestri proelio uicti sunt.

1 con *H* cum *P*, del. *Hedicke* | uerba continuerunt — uicti sunt (*p.* 81, 28) in editionibus, ut in codicibus, exhibentur 4, 7, 42—45: huic capiti ea restituit *Hedicke*, cf. praef. § 1 | continerent *P* | in *H*<sup>1</sup> | 4 Miltiades *HP* | 5 marathona *H* | 6 morantes *h* | 7 ferendum *H*<sup>1</sup> | clausis *H*<sup>1</sup> | 8 praecurrisset (praecurrisset *h*) quae moenia *GH* | 10 marathonā *H*, sed uirgula leuiter rasa | 11 exemplo *GH* | 13 athenienses *GH*<sup>1</sup> | 14 quia *H*<sup>1</sup> quam *d* | 15 operatis *P* | 16 edicta *H* | 22 Cimon *Casaub.* ex *Polyaen.* 1, 34, 1 Conon *CH* Comen *G* Comon *P* | 25 eurymedona *GH*, corr. *d* | 26 adgnoscerent *H* | 27 caluerunt *G*

X. SI RES DURIUS CESSERIT, DE ADVERSIS  
EMENDANDIS.

1. T. Didius in Hispania, cum acerrimo proelio  
confixisset, quod nox diremerat, magno numero utrim-  
5 que caeso complura suorum corpora intra noctem se-  
pelienda curavit. Hispani postero die ad simile offi-  
cium progressi, quia plures ex ipsorum numero quam  
ex Romanis caesos reppererant, uictos se esse secundum  
eam dinumerationem argumentati, ad condiciones im-  
10 peratoris descenderunt.

2. T. Marcius eques Romanus, qui reliquiis exer-  
citus praefuit, cum in propinquo bina castra Poeno-  
rum paucis milibus passuum distarent, cohortatus mi-  
lites proxima castra intempesta nocte adortus est; et  
15 cum hostem uictoriae fiducia incompositum adgressus  
ne nuntios quidem cladis reliquisset, breuissimo tem-  
pore militi ad requiem dato, eadem nocte raptim fa-  
mam rei gestae praegressus altera eorundem castra  
inuasit: ita bis simili usus euentu, deletis utrobique  
20 Poenis, amissas populo Romano Hispanias restituit.

XI. DE DUBIORUM ANIMIS IN FIDE RETINENDIS.

1. P. Valerius Epidauri timens oppidanorum per-  
fidiam, quia parum praesidii habebat, gymnicos ludos  
procul ab urbe apparauit: quo cum omnis fere multi-  
25 tudo spectandi causa exisset, clausit portas nec ante

---

1 durius *d* prospere *GHP*: cf. p. 39, 1 | ,cesserit *G* ges-  
serit *HP* | 4 dirimerat *GHP*, corr. *d* | 11 T. *GHP* L. *edd.*:  
cf. p. 72, 21 et praef. § 11 | reliquiis exercitus *GP* inter reli-  
quias exercitui *H* | exercitus duorum Scipionum praefuit *edd.*:  
cf. p. 72, 21 | 15 hostem in *H* | 19 utrobique *P* | 20 populo Ro-  
mano *d* populorum *GHP* | hispania *H* | 21 in fidem *G* | 23  
gymnicus ludus *h* | 24 apparuit *GH* | feris *H*<sup>1</sup> | 25 clusit *GH* |  
ante admisit *P* antea dimisit *GH* in eas ante admisit *d*

admisit Epidaurios, quam obsides a principibus acciperet.

2. Cn. Pompeius, cum suspectos haberet Chaucenses et ueretur, ne praesidium non reciperent, petiit ab eis, ut aegros interim apud se refici paterentur: fortissimis deinde habitu languentium missis ciuitatem occupauit continuitque.

3. Alexander deuicta perdomitaque Thracia petens Asiam, ueritus, ne post ipsius discessum sumerent arma, reges eorum praefectosque et omnis, quibus uidebatur inesse cura detractae libertatis, secum uelut honoris causa traxit, ignobiles autem relictis plebeiosque praefecit, consecutus, uti principes beneficiis eius obstricti nihil nouare uellent, plebs uero ne posset quidem, spoliata principibus.

4. Antipater, conspecto Peloponesiorum exercitu, qui audita morte Alexandri ad infestandum imperium eius confluerant, dissimulans scire se, qua mente uenissent, gratias his egit, quod <ad> auxilium ferendum Alexandro aduersus Lacedaemonios conuenissent, adiecitque id se regi scripturum; ceterum ipsos, quia sibi opera eorum in praesentia non esset necessaria, abirent domos, hortatus <est>: et hac adseueratione periculum, quod ex nouitate rerum iminebat, discussit.

5. Scipio Africanus in Hispania, cum inter captiuas eximiae formae uirgo <nubilis> [alias et nobilis] ad eum perducta esset omniumque oculos in se conuerteret, summa custodia habitam sponso nomine Alicio

1 a om. GH ex d | 3 caucenses d Catinenses edd. | 4 petiit d petit (in ras. pro ab eis H) CGHP | 9 sumerentur edd. | 11 uidebatur om. H<sup>1</sup> | decretae H | 12 ignobilis G ignobilibus P | relictos h | p̄beios (omisso que) P | 16 Peloponesiorum Freinsheim in suppl. Curt. 6, 1 priore neciorum GHP | exercitus GH | 18 conflixerant H | 19 his H iis GP | ad suppl. d | ferendo H | 21 id om. G | 23 est supplet d | 26 alias et nobilis (nobiles G) GHP, quibus deletis nobilis add. Oud. et nobilis, delete alias, Scr.: cf. praef. § 13 | captiuas alias eximiae f. uirgo et nobilis edd. | 28 alicio P aliciorum GH Allucecio Liu. 26, 50

reddidit insuperque aurum, quod parentes eius red-  
empturi captiuam donum Scipioni adtulerant, eidem  
sponso pro nuptiali munere dedit: qua multiplici magni-  
ficientia uniuersa gens uicta imperio populi Romani  
5 accessit.

[6. Alexandrum quoque Macedonem traditum est  
eximiae pulchritudinis uirgini captivae, cum finitimae  
gentis principi fuisset desponsa, summa abstinencia  
ita pepercisse, ut illam ne adspexerit quidem: qua mox  
10 ad sponsum remissa, uniuersae gentis per hoc bene-  
ficio animos conciliauit sibi.]

7. Imperator Caesar Augustus Germanicus eo bello,  
quo uictis hostibus cognomen Germanici meruit, cum  
in finibus Cubiorum castella poneret, pro fructibus  
15 locorum, quae uallo comprehendebat, pretium solui  
iussit: atque ita iustitiae fama omnium fidem adstrinxit

XII. QUAE FACIENDA SINT PRO CASTRORUM DEFEN-  
SIONE, SI SATIS FIDUCIAE IN PRAESSENTIBUS COPIIS  
NON HABEAMUS.

20 1. T. Quintius consul, cum Volsci castra eius ad-  
gress<ur>i forent, cohortem tantummodo in statione  
detinuit, reliquum exercitum ad quiescendum dimisit.  
aeneatoribus praecepit, ut uallum insidentes equis cir-  
cumirent concinerentque: qua facie et simulatione cum  
25 et propulsasset et detinisset per totam noctem hostes,  
ad lucis exortum fessos uigilia repente facta eruptione  
facile superauit.

2 eidem *P* et idem *GH* | 3 quia *GH*<sup>1</sup> | 6 *exemplum alie-*  
*num: cf. praef. § 9* | macedonum *G* | 7 uirginae *H* | captiua *h* |  
8 desponsata *hP* | 9 percepisse *H*<sup>1</sup> p̄cepisse *h* | 12 Domitianus  
*add. d* | 14 in *om. H* | cubiorum *GHP* Ubiorum *Mod.* Usipio-  
rum *Oud.* Cattorum *Ded.* | 16 ita] ea *d*

17 sunt *GHP*, *corr. d: cf. p. 39, 3* | pro castris, si *d ex*  
*p. 39, 3* | 18 in *om. H* | 19 habemus *GH* | 20 adgressuri *edd.*  
adgressi *GHP: cf. Liu. 2, 64* | 24 cum *om. G* | 25 detinisset]  
deti *H*<sup>1</sup> detinisset et *h* | per] *epcr G eper H ante ras.*

2. Q. Sertorius in Hispania hostium equitatu maxime impar, qui usque ad ipsas munitiones nimia fiducia succedebat, nocte scrobes aperuit et ante eos aciem direxit. cum deinde turmales secundum consuetudinem aduentarent, recepit aciem: persecuti aciem 5 in fossas deciderunt et eo modo uicti sunt.

3. Chares dux Atheniensium, cum exspectaret auxilia et uereretur, ne interea contemptu praesentis paucitatis hostes castra eius oppugnarent, complures ex eis quos habebat per auersam partem nocte <e>mis- 10 sos iussit, qua praecipue conspicui forent hostibus, redire in castra et accedentium nouarum uirium speciem praebere: atque ita simulatis auxiliis tutus est, donec instrueretur exspectatis.

4. Iphicrates Atheniensis, cum campestribus locis 15 castra haberet explorassetque Thracas ex collibus, per quos unus erat descensus, nocte ad diripienda castra uenturos, clam <e>dixit exercitum et in utraque uiae latera, per quam transituri Thraces erant, distributum conlocauit: hostemque decurrentem in castra, in quibus 20 multi ignes per paucorum curam instituti speciem manentis ibi multitudinis seruabant, a lateribus adortus oppressit.

## XIII. DE EFFUGIENDO.

1. Galli pugnaturi cum Attalo aurum omne et ar- 25 gentum certis custodibus tradiderunt, <a> quibus, si

1 Quntus *H* Quintus *P* | 3 eas *d* | 4 derexit *G* | turbamales *H*<sup>1</sup> | 5 aduentaret *H* | uerba aduentarent — uicti sunt, quae in codicibus editionibusque exemplo 2, 9, 7 adnectuntur, huic exemplo restituit *Hedicke*: cf. praef. § 1 | 7 Chares *H*, sed ar in ras. *h* | 10 missos *HP*, corr. *Oud.* | 11 qui *H*<sup>1</sup> | 13 tutus *H*, quod mutare non audeo tuitus *P* tutatus *edd.* se tutus *Oud.* | 15 idem fere exemplum 1, 5, 24: cf. praef. § 10 | 16 haberet explorassetque in ras. pro uenturos — duxit *H* | tracias (sed i exp.) *H* thracas *P* | 17 decensus *H*<sup>1</sup> | 18 duxit *HP*, em. *Herelius*: cf. p. 22, 3 | in utroque uiae latere *P* | 19 qua *H* | 22 manentem sibi *H*<sup>1</sup> | 24 titulum om. *H*<sup>1</sup> | 25 attulo *H*<sup>1</sup> adtalo *P* | 26 a add. *Lipsius*

acie fusi essent, spargeretur, quo facilius conligenda praeda hostem impeditum effugerent.

2. Tryphon Syriae rex uictus per totum iter fugiens pecuniam sparsit et sectanda e<a> Antiochi equites  
5 moratus effugit.

3. Q. Sertorius, pulsus acie a Q. Metello Pio, ne fugam quidem sibi tutam arbitratus, abire dispersos milites iussit, admonitos in quem locum uellet conuenire.

10 4. Viriathus dux Lusitanorum copias nostras locorumque iniquitatem euasit eadem qua Sertorius ratione, sparso exercitu, dein reconlecto.

5. Horatius Cocles, urgente Porsennae exercitu, iussit suos per pontem redire in urbem eumque, ne  
15 eos insequeretur hostis, interciderere. quod dum efficitur, in capite eius propugnator ipse insequentes detinuit: audito deinde fragore pontis abrupti, deiecit se in alueum eumque in armis et uulneribus oneratus tranauit.

20 6. Afranius in Hispania ad Ilerdam, cum Caesarem fugeret, instante eo castra posuit: cum idem Caesar fecisset et pabulatum suos dimisisset, ille signum repente itineri dedit.

7. Antonius, cum ex Parthis instantibus recipere  
25 ret exercitum et, quotiens prima luce moueret, totiens urgentibus barbarorum sagittis infestaretur ab-

---

1 spargeretur *d* pateretur *H*<sup>1</sup> parceretur *hP* | 3 Thrypon *C* Thryfon *H* Triphon *P* | inter *H* ante *ras.* | 4 et sectanda ea nos ei sectandae (-diae *H*<sup>1</sup>) *HP* eaque sectantes *edd.* | antiochi *H* | 5 moratus *H*, sed ratus in *ras.* *h* moratos *d* | eique sectandae *A. e.* inmoratos *Oud.* | 6 a quinto *HP* | 7 totam *H* | 10 Viriatus *P* | lusitanorum *H*, sed tan in *ras.* *h* | 12 deinde *d* | 13 Hortacius *H*<sup>1</sup> | 14 eumque an cumque in *H* sit, incertum | 15 eos insequeretur *Oud.* casu sequeretur *HP* ea subsequeretur *Lipsius* | dū *H*, sed ū in *ras.* *h* | 18 aluem *H*<sup>1</sup> | et *H* sed *P* | non armis sed *Stew.* et armis et *Mod.* | 20 hilerdam *P* | 21 possunt *H* ante *ras.* | 24 Parthis nos parte sine *HP* Parthis sibi *edd.* | 26 barbarum *H*<sup>1</sup>

euntium agmen, in quintam horam continuit suos fidemque statiuorum fecit: qua persuasione digressis inde Parthis, iustum iter reliquo die sine interpellatione confecit.

8. Philippus in Epiro uictus, ne fugientem eum 5 Romani premerent, indutias ad sepeliendos qui caesi erant inpetrauit et ob id remissioribus custodibus euasit.

9. P. Claudius, nauali proelio superatus a Poenis, cum per hostium praesidia necesse haberet erumpere, 10 reliquas uiginti naues tamquam uictrices iussit ornari: atque ita Poenis existimantibus superiores fuisse acie nostros terribilis excessit.

10. Poeni classe superati, quia instantem avertere Romanum studebant, simulauerunt in uada naues suas 15 incidisse haerentisque imitati effecerunt, ut uictor eorum timens casum spatium ad euadendum daret.

11. Commius Atrabas, cum uictus a Diuo Iulio ex Gallia in Britanniam fugeret et forte ad Oceanum uento quidem secundo, sed aestu recedente uenisset, 20 quamuis naues in siccis litoribus haerent, pandi nihilominus uela iussit: quae cum persequens eum Caesar ex longinquo tumentia et flatu plena uidisset, ratus prospero sibi eripi cursu recessit.

---

2 fidemque statiuorum *Graeuus* fidem quo statiuorum *H* fidem constatiuorum *P* | digressus *H* | 3 inter *H* ante *ras.* | 11 .XX. *P* triginta *Polyb.* 1, 51, 11. *Eutr.* 2, 26. *Oros.* 4, 10, 3 | 15 in uada in *H* | 18 Atrabas *edd.* | diuuo *H*<sup>1</sup> | 19 brittanium *H* | 21 haerent *H*<sup>1</sup> | 24 prospere *P*

---

IULI FRONTINI  
STRATEGEMATON

LIBER TERTIUS.

Si priores libri responderunt titulis suis et lecto-  
5 rem hucusque cum attentione perduxerunt, edam nunc  
circa oppugnationes urbium defensionesque στρατηγή-  
ματα. nec morabor ulla praelocutione, prius traditurus  
quae oppugnandis urbibus usui sunt, tum quae ob-  
sessos instruere possint.

10 Depositis autem operibus et machinamentis, quo-  
rum expleta iam pridem inuentione nullam uideo ultra  
artium materiam, has circa expugnationem species  
στρατηγημάτων fecimus:

I. De repentino impetu.

15 II. De fallendis his, qui obsidebuntur.

III. De eliciendis ad prodicionem.

III. Per quae hostes ad inopiam redigantur.

V. Quemadmodum persuadeatur, obsidionem per-  
mansuram.

---

1 *titulum om.* *H*<sup>1</sup> PREFATIO FRONTONIS LIBRI TERTII *G*  
IULII FRONTINI STRATEGEMATON (*sed N superscr. h*) LIBER  
.II. EXPLĪC. INCIPIT LIBER TERTIUS (*sed III h*) *hP* | 4 re-  
sponderunt (*u ex e*) *H* | 5 sedam *P* | 6 defensionisque *H*<sup>1</sup> |  
strategemata *HP* | 8 tum *d* tunc *GHP* | 9 possit *GH* pos-  
sunt *d* | 13 strategematōn *HP* | 14 *indicem* (14— *p.* 89, 18)  
*om. G* | 15 iis *P* | obsidebantur *H*<sup>1</sup> obsidentur *d* | 16 elegendis  
*H* | 18 permensuram *H*<sup>1</sup>



VI. De districtione praesidiorum hostilium.

VII. De fluminum derivatione et uitiatione aquarum.

VIII. De iniciendo obsessis pauore.

VIII. De inruptione ex diuersa parte, quam expectabimur. 5

X. De insidiis, per quas eliciantur obsessi.

XI. De simulatione regressus.

Ex contrario circa tutelam obsessorum:

XII. De excitanda cura suorum.

XIII. De emittendo et recipiendo nuntio. 10

XIII. De introducendis auxiliis et com meatibus suggerendis.

XV. Quemadmodum efficiatur, ut abundare uideantur, quae deerunt.

XVI. Qua ratione proditoribus et transfugis occurratur. 15

XVII. De eruptionibus.

XVIII. De constantia obsessorum.

### I. DE REPENTINO IMPETU.

1. T. Quintius consul, uictis acie Aequis et Volscis, 20 cum Antium oppidum expugnare statuisset, ad contionem uocato exercitu exposuit, quam id necessarium et facile esset, si non differretur: eoque impetu, quem exhortatio concitauerat, adgressus est urbem.

2. M. Cato in Hispania animaduertit potiri se 25 quodam oppido posse, si inopinatos inuaderet. quadriui itaque iter biduo per confragosa et deserta emensus, nihil tale metuentes oppressit hostes. uictoribus deinde suis causam tam facilis euentus requirentibus

1 destructione *P* | hostium *d*: cf. p. 96, 9 | 2 uitiatione *HP*, corr. *d* | 4 expectamur *H<sup>1</sup>P* expectabimus *h*, correxi ex p. 100, 9 | 6 de disponendis insidiis, in quas p. 103, 1 | eliciantur *H<sup>1</sup>* | 9 exercitanda *HP*, corr. *d* | 13 efficiantur *H* | 14 quaerunt *H*

20 Titus *G* | 23 est et *H* | 24 concitauerit *G* est om. *GH* | 25 Marcus *G* | 26 posset *GH* | inopinatus *d* | quadru *GH<sup>1</sup>* quadrū *h*

dixit, tum illos uictoriam adeptos, cum quadridui iter biduo corripuerint.

## II. DE FALLENDIS HIS, QUI OBSIDEBUNTUR.

1. Domitius Caluinus, cum obsideret Lueriam, oppi-  
 5 dum Ligurum, non tantum situ et operibus, uerum  
 etiam propugnatorum praestantia tutum, circumire  
 muros frequenter omnibus copiis instituit easdemque  
 reducere in castra. qua consuetudine inductis ita oppi-  
 danis, ut crederent exercitationis id gratia facere Ro-  
 10 manum, et ob hoc nihil ab eo conatu cauentibus,  
 morem illum obambulandi in subitum direxit impetum,  
 occupatisque moenibus expressit, ut se ipsos dederent  
 oppidani.

2. C. Duellius consul subinde exercendo milites  
 15 remigesque consecutus est, ut securis Carthaginensi-  
 bus usque in id tempus innoxiae consuetudinis subito  
 admota classe murum occuparet.

3. Hannibal in Italia multas urbes cepit, cum Ro-  
 manorum habitu quosdam suorum, ex longo belli usu  
 20 latine quoque loquentis, praemitteret.

4. Arcades Messeniorum castellum obsidentes, fac-  
 tis quibusdam armis ad similitudinem hostilium, eo  
 tempore quo successura alia praesidia his exploraue-  
 runt, instructi eorum qui exspectabantur ornatu ad-  
 25 missique per hunc errorem ut socii, possessionem loci  
 cum strage hostium adepti sunt.

---

1 cum] quom *G* | quadruidiiter (*prior i sub lin. addita*) *G*  
 quadrūiter (*uirgulam add. h*) *H* | 2 biduo *hP* dubio *GH*<sup>1</sup> | cor-  
 ripuerint *C. Barth* eripuerint *GHP*

3 iis *GP* | obsidentur *d* | 4 obsederet (*prior e ex i G*) *GH*<sup>1</sup> |  
 lueriam *GHP* lunam *d*, quod recepit *Oud. coll. Liu. 41, 13* | 6  
 circumiri *P* | 8 castris *GH* | consuetudinis *H*<sup>1</sup> | 11 obambulan-  
 dis *GH* | derexit *G* | 12 occupantisque *H*<sup>1</sup> | 14 Gaius *G* | du-  
 illius *hG* | 15 carthaginensibus *H* | 16 innoxiae *h* | 17 muro-  
 rum *G* | 20 loquentes *P* | 23 iis *GP* | explorauerant *d* | 24 ex-  
 spectabantur *H*<sup>1</sup> | admisisque *H*<sup>1</sup> | 25 possessionū *H*<sup>1</sup> | 26 stra-  
 ge *G*

5. Cimon dux Atheniensium in Caria insidiatus cuidam ciuitati religiosum incolis templum Dianae lucumque, qui extra muros erat, noctu inprouisus incendit: effusisque oppidanis ad opem aduersus ignes ferendam uacua defensoribus cepit urbem. 5

6. Alcibiades dux Atheniensium, cum ciuitatem Agrigentorum egregie munitam obsideret, petito ab eis concilio diu tamquam de rebus ad commune pertinentibus disseruit in theatro, ubi ex more Graecorum locus consultationi praebebatur: dumque consilii specie tenet multitudinem, Athenienses, quos ad id praeparauerat, incustoditam urbem ceperunt. 10

7. Epaminondas Thebanus in Arcadia die festo effuse extra moenia uagantibus hostium feminis plerosque ex militibus suis muliebri ornatu inmiscuit: qua simulatione illi intra portas sub noctem recepti ceperunt oppidum et suis aperuerunt. 15

8. Aristippus Lacedaemonius festo die Tegeatarum, quo omnis multitudo ad celebrandum Mineruae sacrum urbe egressa erat, iumenta saccis frumentariis palea refertis onusta Tegeam misit, agentibus ea militibus, qui negotiatorum specie inobseruati portas aperuerunt suis. 20

9. Antiochus in Cappadocia ex castello Sueuda, quod obsidebat, iumenta frumentatum egressa interceptis occisisque calonibus, eorundem uestitu milites suos tamquam frumentum reportantes summisit: quo errore illi custodibus deceptis castellum intrauerunt admiseruntque milites Antiochi. 25

10. Thebani, cum portum Sicyoniorum nulla ui redigere in potestatem suam possent, nauem ingentem 30

---

5 ferendum *H* | 7 obsederet *G* | 8 consilio *GHP*, corr. *edd.* | 10 praebeatur *H*<sup>1</sup> | 11 speciem *GH* | id *om.* *H*<sup>1</sup> | 14 uacantibus *G* | 17 apperuerunt *H* | 21 paleae *G* | honesta *G* onesta *H*<sup>1</sup> | 23 apperunt *H* ante corr. | 24 cappodocia *G* | suenda *GHP* Soanda *Oud.* | 25 quodsidebat *H*<sup>1</sup> | 27 frumentatum reportantis *G* | 30 portatum *G* | sycioniorum *H*

armatis compleuerunt, exposita super merce, ut negotiatorum specie fallerent. ab ea deinde parte murorum, quae longissime remota erat a mari, paucos disposuerunt, cum quibus e naue quidam egressi inermes simulata rixa concurrerent: Sicyoniis ad dirimendum id iurgium aduocatis, Thebanae naues et portum uacantem et urbem occupauerunt.

11. Timarchus Aetolus, occiso Charmade Ptolomaei regis praefecto, clamide interempti et galeari ad Macedonicum ornatus est habitum: per hunc errorem pro Charmade in Saniorum portum receptus occupauit.

### III. DE ELICIENDIS AD PRODITIONEM.

1. Papirius Cursor consul apud Tarentum Miloni, qui cum praesidio Epirotarum urbem obtinebat, salutem ipsi et popularibus, si per illum oppido potiretur, pollicitus est. quibus praemiis ille corruptus persuasit Tarentinis, ut se legatum ad consulem mitterent: a quo plena promissa ex pacto referens in securitatem oppidanos resoluit atque ita incustoditam urbem Cursori tradidit.

2. M. Marcellus, cum Syracusanum quendam Sosistratum ad proditionem sollicitasset, ex eo cognouit remissiores custodias fore die festo, quo Epicydes prae-

---

1 armis *G* | compleuerunt *H*<sup>1</sup> | 3 quo *G* | a mari *Zechmeister* appari *G* apari *H* apparere *P* a portu *Oud.* | 4 cum quibus *H* in *ras.* | quidem *P* | 5 concurrerunt *H*<sup>1</sup> | sicyonis *G* sycionis *H* | 6 id] ad *G* | auocatis *Oud.* | thebani *h* | 8 T. marcus *H* | Charmade] Chremonide *coll. Polyæn. 5, 18 caue conicias: cf. praef. § 11* | ptholomaei *G* | 9 galero *P* | macedonici *GH* Macedonnis *Hartel, sed cf. p. 100, 1* | 10 est *om. GH* | habitu *h* | 11 in *om. P* | saniorum *edd. samniorum GHP* samiorum *d* | portus *H*<sup>1</sup> | *exciditne oppidum ante occupauit?*

12 *titulum spatio relicto om. H* | 13 Papirus *H*<sup>1</sup> | 14 obtinebant *G* optinebant (*sed n exp. h*) *H* | 15 poteretur *G* potaretur *H*<sup>1</sup> | 16 persuadit *P* | 17 se *om. H*<sup>1</sup> | 19 incostoditam *H* | 21 *M. om. H* Marcus *G* | cum ad *GH* | 22 adprodizione *GH*<sup>1</sup> | solitasset *H*<sup>1</sup> | 23 remissioris *G* | foro *GP* | epicydes *H*

biturus esset uini epularumque copiam: insidiatus igitur hilaritati et quae eam sequebatur socordiae munimenta conscendit uigilibusque caesis aperuit exercitui Romano urbem nobilibus uictoriis claram.

3. Tarquinius Superbus, cum Gabios in deditio- 5  
nem accipere non posset, filium suum Sextum Tarquini-  
um caesum uirgis ad hostem misit. is incusata  
patris saeuitia persuasit Gabinis, odio suo aduersus  
regem uterentur: et dux ad bellum electus tradidit  
patri Gabios. 10

4. Cyrus Persarum rex comitem suum Zopyrum,  
explorata eius fide, truncata de industria facie, ad  
hostes dimisit. ille adsentante iniuriarum fide cre-  
ditus inimicissimus Cyro, cum hanc persuasionem ad-  
iuuaret procurando propius, quotiens acie decertaretur, 15  
et in eum tela dirigendo, commissam sibi Babylonio-  
rum urbem tradidit Cyro.

5. Philippus, oppido Saniorum exclusus, Apollonidi  
praefecto eorum ad prodicionem corrupto persuasit, ut  
plaustrum lapide quadrato oneratum in ipso aditu portae 20  
poneret: confestim deinde signo dato insecutus oppida-  
nos circa inpedita portae claustra trepidantis oppressit.

6. Hannibal apud Tarentum, quae a praesidio Ro-  
mano duce Liuio tenebatur, Cononeum quendam Ta-  
rentinum, quem ad prodicionem sollicitauerat, eiusmodi 25  
fallacia instruxit, ut ille per causam uenandi noctu  
procederet, quasi id per hostem interdium non liceret.

3 caesas *G* | 7 is om. *G* his *P* | 8 patri *GH* | 9 dux ad om.  
*H*<sup>1</sup> | 11 Cyrus] Dareus *Ded.*, item *infra*: cf. *praef.* § 11 | zopi-  
rum *H* | 12 facile (*1 exp.*) *H* | 13 adsentantae *H* adse tantae *G*  
assentante *P* attestante *Hartel* | iniuriam *H* | adfirmante iniuria  
fidem *conueniret*, si opus esset mutare | 15 procurando *GH*  
procurando *Hartel* | propius *P* priusquam *GH* obuiam *Hartel*  
| 16 derigendo *G* | babiloniorum *GH* | 18 Saniorum *I. Vos-*  
*sius* samiorum *GH*<sup>1</sup> *P* samniorum *h* | apollonide *P* appollonide  
*GH*<sup>1</sup> appollonidi *h* | 22 trepidantes *H* | 23 tarentum *G* aren  
*HP* | 24 tenebantur *H*<sup>1</sup> | eo noneum *GHP*, corr. *Oud. ex Ap-*  
*pian. Hann. 32* | 25 eiusmodi *GH*<sup>1</sup> | 26 per *h* in ras. | uenandi  
*H* in ras. | 27 hostem ex noctem *G* | non om. *G*

egresso ipsi apros subministrabant, quos ille tamquam ex captura Liuio offerret; idque cum saepius factum esset et ideo minus obseruaretur, quadam nocte Hannibal uenatorum habitu Poenos comitibus eius inmiscuit: qui cum onusti uenatione quam ferebant recepti essent a custodibus, protinus eos adorti occiderunt. tum fracta porta admissus cum exercitu Hannibal omnes Romanos interfecit, exceptis his qui in arcem profugerant.

10 7. Lysimachus rex Macedonum, cum Ephesios oppugnaret et illi in auxilio haberent Mandronem archipiratam, qui plerumque oneratas praeda naues Ephesum appellebat, corrupto ei ad proditionem iunxit fortissimos Macedonum, quos ille restrictis manibus  
15 pro captiuis Ephesum introduceret: postea raptis ex arce armis urbem Lysimacho tradiderunt.

### III. PER QUAE HOSTES AD INOPIAM REDIGANTUR.

1. Fabius Maximus uastatis Campanorum agris, ne quid eis ad fiduciam obsidionis superesset, recessit  
20 mentis tempore, ut frumentum quod reliquum habebant in sationes conferrent: reuersus deinde renata protituit et ad famem redactis potitus est.

[2. Antigonus aduersus Athenienses idem fecit.]

3. Dionysius, multis urbibus captis, cum Reginos  
25 adgredi uellet, qui copiis abundabant, simulabat pacem petiitque ab eis, ut commeatus exercitui ipsius sumministrarent: quod cum inpetrasset, exhausto oppi-

1 ipse a. subministrabat *d* | 2 efferret *GhP* | 7 facta *GH*<sup>1</sup> patefacta *h* | 8 iis *GP* | 9 profugerant *G* fugerant *H*<sup>1</sup> perfugerant *hP* | 11 Mandronem] \**Avδρωνα Polyæn. 5, 19* | archiparatam *GH*<sup>1</sup> | 13 appellabat *G* | 16 arte *H*<sup>1</sup>

17 inadopiam regantur *H*<sup>1</sup> | 21 cenata *H* | 22 protituit *H*<sup>1</sup> | uerba et ad — potitus est *transposita post fecit insequenti exemplo tribuenda coniecit Oud.: cf. praef. § 11* | 23 exemplum alienum: *cf. praef. § 9* | 24 Dionisius *H* | regionos *H* | 25 simulat *P* simulauit *edd.* | 26 petiitque *edd.* petitque *HP* | sumministrant *H*<sup>1</sup>

danorum frumento adgressus urbem alimentis destitutam superavit.

[4. Idem et aduersus Himeraios fecisse dicitur.]

5. Alexander oppugnaturus Leucadiam commeatibus abundantem prius castella, quae in confinio erant, cepit omnesque ex his Leucadiam passus est confugere, ut alimenta inter multos celerius absumerentur.

6. Phalaris Agrigentinus, cum quaedam loca munitione tuta in Sicilia oppugnaret, simulato foedere frumenta, quae residua habere se dicebat, apud eos deposuit: deinde data opera, ut camerae tectorum, in quibus id conferebatur, rescissae pluuiam reciperent, eos fiducia conditi commeatus proprio tritico abusos initio aestatis adgressus inopia compulit ad deditionem. 15

#### V. QUEMADMODUM PERSUADEATUR, OBSIDIONEM PERMANSURAM.

1. Clearchus Lacedaemonius, exploratum habens Thracas omnia uictui necessaria in montes comportasse unaque spe sustentari, quod crederent eum commeatus inopia recessurum, per id tempus, quo legatos eorum uenturos opinabatur, aliquem ex captiuis in conspectu iussit occidi et membratim tamquam alimenti causa in contubernia distribui: Thraces nihil non facturum perseuerantiae causa eum credentes, qui tam detestabiles epulas sustinuisset experiri, in deditionem uenerunt. 25

---

3 exemplum alienum: cf. praef. § 9 | innereos H | 6 iis P | 7 adsumerentur H | 9 agrigentius H<sup>1</sup> | 11 sedicebat (sedice in ras. h) H | 12 camerae P | 14 eos nos id H ut P ex Oud.: delent edd. | abusus HP, corr. d | 15 contulit HP, corr. d | 16 persuadetur P | 20 una quoque HP, em. C. F. W. Mueller in Jahrb. f. Philologie (1866) 93, 488 | spe d ope HP | 21 quod H<sup>1</sup> | 23 alimenta H<sup>1</sup> | 24 distribui d distribuit HP | traces H

2. Ti. Gracchus, Lusitanis dicentibus in X annos cibaria se habere et ideo obsidionem non expauescere, 'undecimo', inquit, 'anno uos capiam': qua uoce perterriti Lusitani, quam<uis> instructi com meatibus, 5 statim se dediderunt.

3. A. Torquato Graecam urbem oppugnanti cum diceretur, iuuentutem ibi studiose iaculis et sagittis exerceri, 'pluris eam', inquit, 'propediem uendam'.

## VI. DE DISTRICTIONE PRAESIDIORUM HOSTIUM.

10 1. Scipio, Hannibale in Africam reuerso, cum plura oppida, quae ratio illi in potestatem redigenda dictabat, firmis praesidiis diuersae partis obtinerentur, subinde aliquam manum submittebat ad infestanda ea. nouissime etiam tamquam direpturus ciuitates aderat, 15 deinde simulato metu refugiebat. Hannibal, ratus ueram esse eius trepidationem, deductis undique praesidiis, tamquam de summa rerum decertaturus insequi coepit: ita consecutus Scipio, quod petierat, nudatas propugnatoribus urbis per Masinissam et Numidas 20 cepit.

2. P. Cornelius Scipio, intellecta difficultate expugnandi Delminum, quia concursu omnium defendebatur, adgredi alia oppida coepit et euocatis ad sua defendenda singulis uacuatam auxiliis Delminum cepit.

25 3. Pyrrhus Epirotarum rex aduersus Illyrios, cum ciuitatem quae caput gentis erat redigere in potesta-

1 T. *HP*, corr. *d* | ducentibus *H* ante *ras.* | in X *om.* *H*<sup>1</sup> | 3 quo *H* | 4 quamuis *d* quam *HP* quamquam *edd.*

9 destructione *P* | hostilium *p.* 89, 1 | 13 submittebat *om.* *H*<sup>1</sup> | ea] *a*/// (*una litt. erasa*) *H*<sup>1</sup> | 14 nouissimine *H* ante *corr.* | adierat *h* | 17 rerum (*re in ras. h*) *H* | decertaturus *d* decuraturus *HP* decreturus *Oud.* | 18 nudata *H* | 19 propugnatores *H*<sup>1</sup> propugnatio . res *h* | urbes *P* | manissam *H*<sup>1</sup> | 22 delminum *d:* *item infra* | 23 forte auocatis: *cf. p.* 20, 13 | 24 uacuatam *edd.:* *sed cf. p.* 93, 23 | 25 Pyrus *P* | rex *om.* *H*<sup>1</sup> | yllyrios *H* | 26 redire *H* rediere *P:* *corr. d*



tem suam uellet, eius desperatione ceteras urbes petere coepit consecutusque est, ut hostes fiducia uelut satis munitae urbis eius ad tutelam aliarum dilaberentur: quo facto reuocatis ipse rursus omnibus suis uacuam eam defensoribus cepit.

4. Cornelius Rufinus consul, cum aliquanto tempore Crotona oppidum frustra obsedisset, quod inexpugnabile faciebat adsumpta in praesidium Lucanorum manus, simulauit se coepto desistere. captiuum deinde magno praemio sollicitatum misit Crotona, qui, tamquam ex custodia effugisset, persuasit discessisse Romanos: id uerum Crotonienses arbitrati dimisere auxilia destitutique propugnatoribus inopinati et inualidi capti sunt.

5. Mago dux Carthaginiensium, uicto Cn. Pisone et in quadam turre circumcesso, suspicatus uentura ei subsidia perfugam misit, qui persuaderet adpropinquantibus captum iam Pisonem: qua ratione deterritis eis reliqua uictoriae consummauit.

6. Alcibiades in Sicilia, cum Syracusanos capere uellet, ex Catiniensibus, apud quos tum exercitum continebat, quendam exploratae sollertiae submisit ad Syracusanos. is in publicum concilium introductus persuasit infestissimos esse Catinienses Atheniensibus et, si adiuuantur a Syracusanis, futurum, ut opprimerent eos et Alcibiadem: qua re adducti Syracusani uniuersis uiribus Catinam petitori processerunt, relicta ipsorum urbe, quam a tergo adortus Alcibiades desolatam, ut sperauerat, adfixit.

---

3 tutelam *H*<sup>1</sup> | 6 consul *om.* *H*<sup>1</sup> | 7 chrotona *P*, *item infra* | frustra obsedisset *om.* *H*<sup>1</sup> | 10 tam ex *H* | 11 custodiam *H*<sup>1</sup> | 12 id *ex ad H* | 15 charthaginensium *H* | 16 turri *h* | circumsepto *d* | 19 es *H*<sup>1</sup> | uictoria *H*<sup>1</sup> | reliquam uictoriam *h* | 20 Syracusas *Ded.*: *sed cf. p. 97, 14. 99, 8* | 21 cateniensibus *H* cateniensibus *P* catinensibus *d* | apud *H*<sup>1</sup> | 23 his *P* | concilium *Oud.* consilium *HP* | introductis *H*<sup>1</sup> | 24 catenienses *h* catinenses *d* | 26 alcibiades *H* | 28 acdesolatam *H*

7. Cleonymus Atheniensis Troezenios, qui praesidio Crateri tum tenebantur, adgressus tela quaedam, in quibus scriptum erat uenisse se ad liberandam eorum rem publicam, intra muros iecit et eodem tempore captiuos quosdam conciliatos sibi remisit, qui Craterum detractarent: per hoc consilium seditione intestina apud obsessos concitata admoto exercitu potitus est ciuitate.

VII. DE FLUMINUM DERIVATIONE ET VITIATIONE  
10 AQUARUM.

1. P. Seruilius Isauram oppidum, flumine ex quo hostes aquabantur auerso, ad deditionem siti compulit.

2. C. Caesar in Gallia Cadurcorum ciuitatem amne  
15 cinctam et fontibus abundantem ad inopiam aquae redigit, cum fontes cuniculis auertisset et fluminis usum per sagittarios arcuisset.

3. L. Metellus in Hispania citeriore in castra hostium humili loco posita fluuium ex superiore parte  
20 inmisit et subita inundatione turbatos per dispositos in hoc ipsum insidiatores cecidit.

4. Alexander apud Babylona, quae media flumine Euphrate diuidebatur, fossam pariter et aggerem instituit, ut in usum eius existimarent hostes egeri terram: atque ita subito flumine auerso per alueum ue-  
25

---

1 Atheniensis *delendum* uel Lacedaemonius *legendum* *ce-sebat Casaub. coll. Polyæn. 2, 29, 1: cf. praef. § 11* | treozenios *H*<sup>1</sup> | 2 Crateri tum tenebantur *Oud. graterum tenebant HP* | Crateri tenebantur *Graeuus* | 4 *///iecit (una litterula erasa) H* | 6 detractarent *h* | 7 concitata *Scr. conciliata HP* | 8 ciuitatem *HP, corr. d: cf. p. 9, 1. 28, 11. 32, 12. 58, 29. 60, 25. 78, 8. 89, 26. 92, 15. 94, 22*

9 uitiatione *d* uitiatione *H*<sup>1</sup> uitiatione *hP* uitio *C* | 14 gallica decorum *H*<sup>1</sup> gallia ducorum *h* gallia caducorum *P, corr. d: cf. Hirt. b. G. 8, 40—43* | 15 aqua *H* | redigit *H*<sup>1</sup> | 16 pontes *h* | cuniculis (*n ex m*) *H* | et *om. H* | 17 arguisset *H* | 18 L. *HP* | Q. *d* | 20 turbato super *H ante ras.* | 22 Alexander] Cyrus *Ded.: cf. praef. § 11* | babylonam *h* babyloniam *d*

terem, qui siccatus ingressum praebebat, urbem intravit.

[5. Samiramis aduersus eosdem Babylonios eodem Euphrate auerso idem fecisse dicitur].

6. Clisthenes Sicyonius ductum aquarum in oppidum Crisaeorum ferentem rupit: mox adfectis siti restituit aquam elleboro corruptam, qua usos profluuio ventris deficientes cepit.

#### VIII. DE INICIENDO OBSESSIS PAVORE.

1. Philippus, cum Prinassum castellum nulla vi capere posset, terram ante ipsos muros egressus simulavitque agi cuniculum: castellani, quia subrutos se existimarant, dederunt.

2. Pelopidas Thebanus Magnetum duo oppida simul oppugnaturus non ita longo spatio distantia, quo tempore ad alterum eorum exercitum admouebat, praecipit, ut ex composito ab aliis castris quattuor equites coronati notabili alacritate uelut uictoriam nuntiantes uenirent. ad cuius simulationem curauit, ut silua quae in medio erat incenderetur, praebitura speciem urbis ardentis; praeterea quosdam captiuorum habitu eodem iussit perducere: qua adseueratione perterriti qui obsidebantur, dum in parte iam se superatos existimant, defecerunt.

3. Cyrus Persarum rex, incluso Sardibus Croeso, qua praeruptus mons nullum aditum praestabat, ad moenia malos exaequantis altitudinem iugi subrexit,

1 prebat *H*<sup>1</sup> | 3 exemplum alienum: cf. praef. § 9 | Samiranis *H*<sup>1</sup> Semiramis *d* | eodem *H*<sup>1</sup> | eosdem *H* | 5 Clisthenes sycionius *HP* | 6 Cirrhaeorum *Scr. coll. Polyæn. 6, 13* | 7 usus *CH* | 8 deficientes *Lipsius* decoepientes *H*<sup>1</sup> decipientes *h* decipiens *P* desipientes *Gruter*

10 Prinassum *Oud. coll. Polyb. 16, 11. Polyæn. 4, 18, 1* trinassum *HP* | 11 adgressit *edd.* | 12 subrutos *d* subruptos *HP* | 13 existimarunt *d* existimabant *Ded.* | fortasse se dederunt: cf. p. 92, 11 | 15 longo — tempore *om.* *H*<sup>1</sup> | 20 praebiturum *H*<sup>1</sup> praebituram *h*

quibus simulacra hominum armata Persici habitus in-  
 posuerat, noctuque eos monti admouit. tum prima  
 luce ex altera parte muros adgressus <est>: ubi orto  
 sole simulacra illa armatorum referentia habitum re-  
 5 fulserunt, oppidani captam urbem a tergo credentes  
 et ob hoc in fugam dilapsi uictoriam hostibus con-  
 cesserunt.

VIII. DE INRUPTIONE EX DIVERSA PARTE QUAM  
 EXSPECTABIMUR.

10 1. Scipio apud Carthaginem sub discessum aestus  
 maritimi, secutus deum ut dicebat ducem, ad muros  
 urbis accessit et cedente stagno, qua non exspectaba-  
 tur, inrupit.

2. Fabius Maximus Cunctatoris filius apud Arpos  
 15 praesidio Hannibalis occupatos, considerato situ urbis,  
 sescentos milites obscura nocte misit, qui per muni-  
 tam eoque minus frequentem oppidi partem scalis  
 euecti in murum portas reuellerent. hi adiuti deci-  
 dentium aquarum sono, qui operis strepitum obscura-  
 20 bat, iussa peragunt: ipse dato signo ab alia parte  
 adgressus cepit Arpos.

3. C. Marius bello Iugurthino apud flumen Mulu-  
 cham, cum oppugnaret castellum in monte saxeo situm,  
 quod una et angusta semita adibatur, cetera parte  
 25 uelut consulto praecipiti, nuntiato sibi per Ligurem  
 quendam ex auxiliis gregalem militem, qui forte aqua-  
 tum progressus, dum per saxa montis cocleas legit,  
 ad summa peruenerat, erepi posse in castellum, pau-  
 cos centuriones cum uelocissimis militibus, quibus

---

2 eas *P* | 3 est *add. d* | 9 expectabimur *P* expectabim̄ *h*  
 expectabā *H*<sup>1</sup> expectabatur *C* | 10 discessum *HP* decessum *con-*  
*icio* | 16 sexcentos *hP* | 19 sono *om. H*<sup>1</sup> | 20 ab ea parte *Oud.*  
*coll. Liu. 24, 46: sed cf. praef. § 11* | 22 muluccham *P* | 27 co-  
 cletis *P* | 28 eripi *HP, em. edd.* | 29 centuriones quibus per-  
 fectissimos (perfectissimis (c ex r) *H*<sup>1</sup> perfectissimis *h*) cum  
 uelocissimis militibus aeneatores inmiscuerat *HP, transposui*

perfectissimos aeneatores inmiscuerat, misit capite pedibusque nudis, ut prospectus nisusque per saxa faciliior foret, scutis gladiisque tergo aptatis. hi Ligure ducente loris et clavis quibus in ascensu nitebantur adiuti, cum ad posteriora <et> ob id uacua defensoribus castelli peruenissent, concinere et tumultuari, ut praeceptum erat, coeperunt: ad quod constitutum Marius constantius adhortatus suos acrius instare castellanis coepit, quos ab inbelli multitudine suorum reuocatos, tamquam a tergo capti essent, insecutus castellum cepit. 5 10

4. L. Cornelius Rufinus consul complura Sardiniae cepit oppida, dum firmissimas partes copiarum noctu exponit, quibus praecipiebat, delitiscerent opperirenturque tempus, quo ipse naues appelleret: occurrentibus deinde aduentanti hostibus et ab ipso per simulationem fugae longius ad persequendum auocatis, illi in relictas ab his urbes impetum fecerunt. 15

5. Pericles <dux> Atheniensium, cum oppugnaret quandam ciuitatem magno consensu defendentium tutam, nocte ab ea parte murorum, quae mari adiacebat, classicum cani clamoremque tolli iussit: hostes penetratum illic in oppidum rati reliquerunt portas, per quas Pericles destitutas praesidio inrupit. 20

6. Alcibiades dux Atheniensium Cyzicum oppugnandae eius causa nocte inprouisus accessit <et> ex diuersa parte moenium cornicines canere iussit. 25

2 prospectis *H* | 3 scutis gladiis gladiisque *H*<sup>1</sup> | hi] in *H*<sup>1</sup> | ligurem *H*<sup>1</sup> | 4 ducem teloris *H*<sup>1</sup> ducente loris *h* duce teloris *P* duce et loris *edd.* | et *om.* *H*<sup>1</sup> | ascensum *H* | 5 posteriora *H* | et *supplet d* | 9 inbecilli *H*<sup>1</sup> | 12 Rufinus *delent edd.*: *cf. praef. § 11* | complura *H* | 15 naues *d* natus *HP* | 16 per simulationem *om. H* | 18 iis *P* | fecerunt *d* facerent *HP* | 19 dux *supplent edd.*: *cf. p. 106, 14* | atheniensis *d* | 20 concursu *Hartel* | tutam] tota *ex tata H* | 23 illac *P* | liquerunt *H* | 25 cuzicum *P* | 26 oppugnandi *d* | eius *om. H*<sup>1</sup> | et *ex d* *ex HP* et *edd.* sed *ex Ded.* | Cyzici cum oppugnandae causa — accessisset *ex Hartel* <cum> Cyzicum oppugnandae eius causa — accessisset *ex malim*

sufficere propugnatores murorum poterant: ad id latus, a quo solo se temptari putabant, <cum> confluerent, qua non obsistebatur, muros transcendit.

7. Thrasybulus dux Milesiorum, ut portum Sicyoniorum occuparet, a terra subinde oppidanos temptavit et illo, quo lacessebantur, conuersis hostibus classe in<ex>spectata portum cepit.

8. Philippus in obsidione cuiusdam maritimae urbis binas naues procul a conspectu contabulauit superstruxitque eis turres: aliis deinde turribus adortus a terra, dum urbis propugnatores dstringit, turritas naues a mari adplicuit et, qua non resistebatur, subiit muros.

9. Pericles Peloponnesiorum castellum oppugnaturus, in quod duo omnino erant accessus, alterum fossa interclusit, alterum munire instituit. castellani securiores ab altera parte facti eam solam, quam muniri uidebant, custodire coeperunt: Pericles praeparatis pontibus iniectisque super fossam, qua non cauebatur, subiit castellum.

10. Antiochus aduersus Ephesios Rhodiis, quos in auxilio habebat, praecepit, ut nocte portum cum magno strepitu inuaderent: ad quam partem omni multitudine cum tumultu decurrente, nudatis defensore reliquis munitioibus, ipse a diuerso adgressus ciuitatem cepit.

---

1 sufficere *P* efficere *H* | propugnatores *d* propugnationi (ioni in ras. *h*) *HP* | fortasse <sed> ad | 2 cum confluerent *d* confluerent *hP* confluere *H'* | iussit; <et cum qui> sufficere propugnationi — latus confluerent, <is> qua *Hartel* | 6 lacessebatur *H* ante corr. | 7 inexpectata *edd.* inspectata *HP* inspectata *d* | 10 eis *H* eius *P* | 11 dum urbis nos domibus *HP* dum ibi *Rubenius* dum illis *uel* dum moenibus *Oud.* | dstringi *H* | 12 a *superscr. H* | 14 simile exemplum 1, 5, 10: cf. praef. § 10 peloponnesorum *HP*, em. *Oud.* | 16 castellum *H* | 17 munire *H* | 24 cum *om. H* | 25 a diuerso *edd.* aduerso *HP*

X. DE DISPONENDIS INSIDIIS, IN QUAS ELICIANTUR  
OBSESSI.

1. Cato in conspectu Lacetanorum, quos obsidebat, reliquis suorum summotis, Suess<et>anos quosdam ex auxiliaribus maxime inbelles adgredi moenia iussit: 5  
hos cum facta eruptione Lacetani facile auertissent et fugientes auide insecuti essent, illis quos occultauerat coortis oppidum cepit.

2. L. Scipio in Sardinia, cuiusdam ciuitatis <propugnatores ut eliceret, cum> parte militum, relicta oppugnatione quam instruxerat, speciem fugientis praestitit: insecutisque temere oppidanis per eos, quos in proximo occultauerat, oppidum inuasit. 10

3. Hannibal, cum obsideret ciuitatem Himeram, castra sua capi de industria passus est, iussis recedere 15  
Poenis, tamquam praeualeret hostis: quo euentu Himeraeis ita deceptis, ut gaudio impulsu relicta urbe procurrerent ad Punicum uallum, Hannibal uacuum urbem per eos, quos in insidiis ad hanc ipsam occasionem posuerat, cepit. 20

4. Idem, ut Saguntinos eliceret, rara acie ad muros accedens ad primam eruptionem oppidanorum simulata fuga cessit interpositoque exercitu ab oppido interclusos a suis hostes in medio trucidauit.

5. Himilco Carthaginensis apud Agrigentum iuxta 25  
oppidum partem copiarum in insidiis posuit praecepit-

---

1 in *om.* *H* | de insidiis per quas *p.* 89, 6 | 2 obsessis *H*<sup>1</sup>  
3 C. Cato *P* | 4 suessanos *HP*, *em.* *Gron. ex Liu.* 34, 20 | 7  
fugientis *P* | quas *d* | 8 coortis *d* cohortis *HP* | illis quas —  
cohortibus *edd. coll. Liv.* 34, 20 | 9 propugnatores ut eliceret,  
cum *suppleui* | 10 parte militum *HP* parti militum *Oud.* per  
tumultum *edd.* | 13 proximos *HP*, *corr. d* | 14 cum obsideret  
cumsideret *H*<sup>1</sup> | himeram *HP* | 16 ponis *H*<sup>1</sup> | himeraeis *HP*  
17 deceptus *H*<sup>1</sup> | 18 uallum (*ua in ras.*) *H* | 21 Saguntinos] Se-  
gestanos *Rubenius: cf. praef. § 11* | eligeret *H* | 22 accedens  
*edd.* adscendens *HP* | 25 carthaginensis *H* | 26 piarum — prae-  
cepitque his *om.* *H*<sup>1</sup>

que his, ut, cum processissent oppidani, ligna umida incenderent. deinde cum reliqua parte exercitus luce ad eliciendos hostes progressus simulata fuga persequentis oppidanos longius cedendo protraxit. insidiatores prope moenia imperatum ignem aceruis subiecerunt: unde obortum contemplati fumum Agrigentini incensam ciuitatem suam existimauerunt, defendendaeque eius gratia dum trepide recurrunt, obuiis eis qui insidiati iuxta muros erant et a tergo instantibus quos persecuti fuerant, in medio trucidati sunt.

6. Viriathus disposito per occulta milite paucos misit, qui abigerent pecora Segobrigensium: ad quae illi uindicanda cum frequentes procurrissent simulantesque fugam praedatores persequerentur, deducti in insidias caesique sunt.

7. Scordisci equites, cum Heracleae duarum partium praesidio praepositus esset Lucullus, pecora abigere simulantes prouocauerunt eruptionem: fugam deinde mentiti sequentem Lucullum in insidias deduxerunt et octingentos cum eo milites occiderunt.

8. Chares dux Atheniensium ciuitatem adgressurus litori appositam, post quaedam promunturia occulte habita classe, e nauibus uelocissimam praeter hostilia praesidia ire iussit: qua uisa cum omnia nauigia, quae pro custodia portus agebant, ad persequendam euolasent, Chares indefensum portum cum reliqua classe inuectus etiam ciuitatem occupauit.

---

1 his <sup>h</sup> *H* eis *P* | 2 prima luce *d* | luceat eligendos *H* | 4 cedendos *H* | 5 acerbis *H*<sup>1</sup> *P* | 12 Viriathus *P* | 13 abigerent *H* | segobrigentium *H*<sup>1</sup> *P* setobrigentium *h*, corr. *d* | ad quae *d* atque *HP* | 14 procurrissent *P*: cf. p. 69, 3. 79, 2 | 15 persequerentur *H*<sup>1</sup> | 14 persequuntur *h* | 17 haeradee *H*<sup>1</sup> haeracleę *h* aeracleae *P* | partium *HP* cohortium *Freinsheim* | 19 simulantis *H*<sup>1</sup> | 20 in lucullum in *H*<sup>1</sup> | 23 promontoria *h* | 26 persequendam *HP* persequendum *d* | 27 cares *P* clam *H* | in indefensum *d*



9. Barca dux Poenorum in Sicilia Lilybaeum nostris terra marique obsidentibus partem classis suae procul armatam iussit ostendi: ad eius conspectum cum euolassent nostri, ipse reliquis quas in occulto tenuerat nauibus Lilybaei portum occupauit. 5

#### XI. DE SIMULATIONE REGRESSUS.

1. Phormion dux Atheniensium, cum depopulatus esset agros Chalcidensium, legatis eorum de ea re querentibus benigne respondit et nocte, qua dimissurus illos erat, finxit litteras sibi superuenisse ciuium 10 suorum, propter quas redeundum haberet. ac paulum regressus dimisit legatos: his omnia tuta et abisse Phormionem renuntiantibus, Chalcidenses spe et oblatae humanitatis et abducti exercitus remissa urbis custodia, cum confestim Phormion reuertisset, prohibere 15 inexpectatam uim non potuerunt.

2. Agesilaus dux Lacedaemoniorum, cum Phocenses obsideret et intellexisset eos, qui tunc praesidio illis erant, iam grauari belli incommoda, paulum regressus tamquam ad alios actus liberam recedendi 20 occasionem his dedit: non multo post milite reducto destitutos Phocenses superauit.

3. Alcibiades aduersus Byzantios, qui se moenibus continebant, insidias disposuit et simulato regressu incautos eos oppressit. 25

4. Viriathus, cum tridui iter discedens confecisset, idem illud uno die remensus securos Segobrigenses et sacrificio cum maxime occupatos oppressit.

---

1 Barcha *H* | 7 Formion *HP* | 8 calchidensium *HP* | re querentibus *d* re quaerentibus *H* requirentibus *P* | 9 demissuros *H* | 11 ac *om.* *H*<sup>1</sup> | 12 iis *P* | 13 phormionen *H* formionem *P* | calchidenses *H* calcidenses *P* | spe] fide *Wachsmuth* | 15 formion *HP* | 17 Hagesilaus *H* | focenses *P*, *item infra* | 19 incommodo *P* | 20 liberari recidendi *H* | 21 iis *P* | 23 yzantios *HP*, *corr. edd.* | 24 regressus *H* | 25 eius *H* | 26 Viriatus *P* | 27 securus *P* | 28 tum *P* tum cum *edd.*: *cf. p. 80, 14*

5. Epaminondas Mantinia⟨e⟩, cum Lacedaemonios in subsidium hosti uenisse animaduerneret, ratus posse Lacedaemonem occupari, si clam illo profectus esset, nocte crebros ignes fieri iussit, ut specie remanendi  
 5 occultaret profectionem. sed a transfuga proditus, adsecuto exercitu Lacedaemoniorum, itinere quidem quo Spartam petebat destitit, idem tamen consilium conuertit ad Mantinienses: aequae enim ignibus factis Lacedaemonios, quasi maneret, frustratus per quadraginta  
 10 milia passuum reuertit Mantiniam eamque auxilio destitutam occupauit.

EX CONTRARIO [VERO] CIRCA TUTELAM OBSESSORUM.

XII. DE EXCITANDA CURA SUORUM.

1. Alcibiades ⟨dux⟩ Atheniensium, ciuitate sua ⟨a⟩  
 15 Lacedaemoniis obsessa, ueritus neglegentiam uigilum denuntiauit his qui in stationibus erant, obseruarent lumen, quod nocte ostenturus esset ex arce, et ad conspectum eius ipsi quoque lumina attollerent; in quo munere qui cessasset, poenam passurum: dum sollicite  
 20 exspectatur signum ducis, peruigilatum ab omnibus et suspectae noctis periculum euitatum est.

2. Iphicrates dux Atheniensium, cum praesidio Corinthum teneret et sub aduentum hostium ipse uigilias circumiret, uigilem, quem dormientem inuenerat,  
 25 transfixit cuspide: quod factum quibusdam tamquam

1 Epiminondas *H*<sup>1</sup> Epimanondas *h* | Mantiniae *nos*: cf. p. 52, 21 et *Trog. prol.* 6, 6 mantinia *HP* mantiniam *d* apud Mantiniam *edd.* | 2 inobsidiū hoc uenisse *H*<sup>1</sup> | 9 .XL. *P* | 10 aequae *H*<sup>1</sup>

12 uero *ieicit d*  $\bar{u}o$  *H* uelo *P*: cf. p. 89, 8 | 13 exercitanda *HP*, *corr. d* | 14 dux *suppleui*: cf. p. 101, 19 | athenis *P* atheniensis *d* | a *add. d* | 16 iis *P* | 17 ostensurus *d* | esset *om. H* | 19 munere qui *H*, sed re qui *in ras. h* | cessasset *H ante corr.* | 21 euitatum *H*, sed *it in ras. quinque litt. h* | 23 ipse *om. H*<sup>1</sup> | 24 inuenerat *H* uiderat *P*

saeuum increpantibus 'qualem inueni', inquit, 'talem reliqui.'

[3. Epaminondas Thebanus idem fecisse dicitur.]

### XIII. DE EMITTENDO ET RECIPIENDO NUNTIO.

1. Romani, obsessi in Capitolio, ad Camillum au- 5  
xilio inplorandum miserunt Pontium Cominium, qui,  
ut stationes Gallorum falleret, per saxa Tarpeia demis-  
sus tranato Tiberi Veios peruenit et perpetrata lega-  
tione similiter ad suos rediit.

2. Campani, diligenter Romanis a quibus obsessi 10  
erant custodias agentibus, quendam pro transfuga sub-  
ornatum miserunt, qui occultatam balteo epistulam  
inuenta effugiendi [causa] occasione ad Poenos per-  
tulit.

[3. Venationi quoque et pecoribus quidam insuerunt 15  
litteras membranis mandatas,

4. aliqui et iumento in auersam partem infulse-  
runt, dum stationes transeunt;

5. nonnulli interiora uaginarum inscripserunt.]

6. L. Lucullus, Cyzicenos obsessos a Mithridate 20  
ut certiores aduentus sui faceret, cum praesidiis  
hostium teneretur introitus urbis, qui unus et angustus  
ponte modico insulam continenti iungit, militem e

---

1 saeuum ex saeuom correxerit ipsa H<sup>1</sup> an h, incertum |  
3 exemplum alienum: cf. praef. § 9; insequenti id capiti uelut  
primum exemplum tribuit H<sup>1</sup> | Epiminondas thabanus H

5 auxilio nos ab exilio HP ad auxilium d exsulem Hartel |  
ad Camilli auxilium ab exsilio Ded. | 6 cominium d cominum  
CHP: cf. Liu. 5, 46, 8 | 7 demissus edd. dimissus HP | 11 trans-  
fugas (transfugis h) obornatum H | 12 epistolam H | 13 etfu-  
giendi H | causa H causae P, delent edd. e castris Oud. clam  
Hartel | 15 exempla 3—5 aliena sunt: cf. praef. § 9; nulla inter  
ea distinctio in H | uenatione HP, corr. d | inseruerunt d | 16  
mandatis H<sup>1</sup> | 17 aliquid H | iumento Steu. iumentum HP  
iumentorum Ded. | auersam d auersum H aduersam P | 20 cyzi-  
ceneos H<sup>1</sup> | 23 ponte] potentē H

suis nandi et nauticae artis peritum iussit insidentem duobus inflatis utribus litteras insutas habentibus, quos ab inferiore parte duabus regulis inter se distantibus commiserat, ire septem milia passuum traiectum: 5 quod ita perite gregalis fecit, ut cruribus uelut gubernaculis dimissis cursum dirigeret et procul uisantis, qui in statione erant, marinae specie beluae deciperet.

7. Hirtius consul ad Decimum Brutum, qui Mutinae ab Antonio obsidebatur, litteras subinde misit 10 plumbo scriptas, quibus ad brachium religatis milites Scultennam annem tranabant.

8. Idem columbis, quas inclusas ante tenebris et fame adfecerat, epistulas saeta ad collum religabat 15 easque a propinquo, in quantum poterat, moenibus loco emittebat. illae lucis cibique auidae altissima aedificiorum petentes excipiebantur a Bruto, qui eo modo de omnibus rebus certior fiebat, utique postquam disposito quibusdam locis cibo columbas illuc deuo- 20 lare instituerat.

### XIII. DE INTRODUCENDIS AUXILIIS ET COMMEATIBUS SUGGERENDIS.

1. Bello ciuili, cum Ategua urbs in Hispania Pompeianarum partium obsideretur, Maurus inter noc<tem> 25 tamquam Caesarianus tribuni cornicularius uigiles quosdam excitauit: ex quibus <cum tesseram accepis-

---

1 insidentem *H*<sup>1</sup> | 4 milia *d* milium *HP* | 6 dimissis *H*<sup>1</sup>*P* demissis *h* | 7 marina *P* | 9 Hirtus *H*<sup>1</sup> | 11 ligatis *H* | 12 scutellam *H* scutellam *P*, *em. Mod.* | 13 columbas *h* | quas *om. H* | 14 epistolas *H* | seta *P* | 15 moenibus Mutinensibus *Wachsmuth*

24 obsidetur *H* | maurus *HP* Munatius *Perizonius coll. Dion. 43, 34* | inter noctem nos *coll. Dionis l. l.* interrex *HP* in tesseram *Hartel praecunte Oudendorpio* | 26 cum tesseram accepisset *suppleui coll. Dionis l. l.*

set), alios excitans constantia fallaciae suae per medias Caesaris copias praesidium Pompei transduxit.

2. Hannibale obsidente Casilinum, Romani far in doliis secunda aqua Volturni fluminis demittebant, ut ab obsessis exciperetur. quibus cum obiecta per medium annem catena Hannibal obstitisset, nuces sparsere: quae cum aqua ferente ad oppidum defluerent, eo comteatu sociorum necessitatem sustentauerunt.

3. Hirtius Mutinensibus obsessis ab Antonio salem, quo maxime indigebant, cupis conditum per annum Scultennam intromisit.

4. Idem pecora secunda aqua demisit, quae excepta sustentauerunt necessariorum inopiam.

XV. QUEMADMODUM EFFICIATUR, UT ABUNDARE  
VIDEANTUR, QUAE DEERUNT.

15

1. Romani, cum a Gallis Capitolium obsideretur, in extrema iam fame panem in hostem iactauerunt consecutique, ut abundare comteatibus uiderentur, obsidionem, donec Camillus subueniret, tolerauerunt.

[2. Athenienses aduersus Lacedaemonios idem fecisse dicuntur.]

3. Hi, qui ab Hannibale Casilini obsidebantur, ad extremam famem peruenisse crediti, cum etiam herbas alimentis eorum Hannibal, arato loco qui erat inter castra ipsius et moenia, praeriperet, semina in praeparatum locum iecerunt, consecuti, ut habere ui-

1 alios *Perizonius* aliquos *HP* | excitans *scripsi* euitans *HP* | 2 traduxit *d* | 3 casilinum *d* catilinum *HP* | far in *Zechmeister coll. Liu. 23, 19, 8* farin *H* farinam *P* | 4 doliis *edd. doleis HP: cf. p. 24, 10* | uolturni *h* | dimittebant *HP, corr. d* | 5 obsessis] sesses *H<sup>1</sup>* | 9 Hirtius] Huius *H* | 11 Scultennam *Oud. ex 3, 13, 7* santernum *H* samternum *P* | 12 pecoras *H ante ras.* | dimisit *H* | 13 sustentauerat *H<sup>1</sup>* sustentauerant *h*

16 a *om.* *H<sup>1</sup>* | capitolium *H<sup>1</sup>* | 20 exemplum alienum: *cf. praef. § 9* | 22 cassilini *P* | 25 intra *H* | in] inter *H<sup>1</sup>*

derentur, quo uictum sustentarent usque ad satorum prouentum.

4. Reliqui ex Variana clade, cum obsiderentur, quia defici frumento uidebantur, horrea tota nocte  
5 circumdlexerunt captiuos, deinde praecisis manibus dimiserunt: hi circumsedentibus suis persuaserunt, ne spem maturae expugnationis reponerent in fame Romanorum, quibus ingens alimentorum copia superesset.

10 5. Thraces in arduo monte obsessi, in quem hostibus accessus non erat, conlato uiritim exiguo tritico paucas oves pauerunt <et egerunt> in hostium praesidia: quibus exceptis et occisis, cum frumenti uestigia in uisceribus earum apparuissent, opinatus hostis  
15 magnam uim tritici superesse eis, qui inde etiam pecora pascerent, recessit ab obsidione.

6. Thrasybulus dux Milesiorum, cum longa obsidione milites sui angerentur ab Halyatte, qui sperabat eos ad deditionem fame posse compelli, sub ad  
20 uentum legatorum Halyattis frumentum omne in forum compelli iussit et conuiuuiis sub id tempus institutis per totam urbem epulas praestitit: atque ita persuasit hosti superesse ipsis copias, quibus diuturnam sustinerent obsidionem.

25 XVI. QUA RATIONE PRODITORIBUS ET TRANSFUGIS OCCURRATUR.

1. Claudius Marcellus, cognito consilio L. Bantii

---

4 frumentum *H*<sup>1</sup> | uidebantur — tota *om.* *H*<sup>1</sup> | 11 ascensus *d* | 12 paucas oves *nos* paucas eo *H* aut caseo *P* oves eo *Oud.* pecudes eo *Hartel* | et egerunt *add.* *Hartel* pepuleruntque *add.* *Oud.* | et in h. pr. dimiserunt *edd.* | 13 occisis qui cum *P* | 17 Thrasybulus *edd. coll. Herodot. 1, 21* Thrasybulus *CHP* | 18 halyatte *H* | 20 halyatis *H* | 21 compelli *H* compelle *P* compellere *d* comportari uel congeri *Oud.* | id *P* it *H* idem *Wachsmuth*  
27 Claudius] *Cl. HP* | Bantii Nolani *edd. coll. Liu. 23, 15. Plut. Marc. 10* bateinolani *H* batę inolani *P*

Nolani, qui corrumpere ad defectionem populares studebat et Hannibali gratificabatur, quod illius beneficio curatus inter Cannenses saucius et ex captiuitate remissus ad suos erat, quia interficere eum, ne supplicio eius reliquos concitaret Nolanos, non audebat, 5 arcessitum ad se allocutus est, dicens fortissimum militem eum esse, quod antea ignorasset, hortatusque est, ut secum moraretur, et super uerborum honorem equo quoque donauit: qua benignitate non illius tantum fidem, sed etiam popularium, quae ex illo pende- 10 bat, sibi obligauit.

2. Hamilcar dux Poenorum, cum frequenter auxiliares Galli ad Romanos transirent et iam ex consuetudine ut socii exciperentur, fidissimos subornauit ad simulandam transitionem, qui Romanos excipiendorum 15 causa eorum progressos ceciderunt: quae sollertia Hamilcari non tantum ad praesentem profuit successum, sed in posterum praestitit, ut Romanis ueri quoque transfugae forent suspecti.

3. Hanno Carthaginiensium imperator in Sicilia, 20 cum comperisset Gallorum mercennariorum circiter quattuor milia conspirasse ad transfugiendum ad Romanos, quod aliquot mensum mercedes non receperant, animaduertere autem in eos non auderet metu seditionis, promisit prolationis iniuriam liberalitate 25 pensaturum. quo nomine gratias agentibus Gallis per tempus idoneum <prae>datur<os> pollicitus fidelissimum dispensatorem ad Otacilium consulem misit, qui, tamquam rationibus interuersis transfugisset, nuntiauit nocte proxima Gallorum quattuor milia, quae <prae>- 30 datum forent missa, posse excipi. Otacilius nec sta-

---

3 canenses *H*<sup>1</sup> | 4 qua *H* | 5 audiebat *H*<sup>1</sup> | 8 est] eos *H* | 9 eoquo *H*<sup>1</sup> | 10 qui *P* | pendebant *d* | 12 Amilcar *P* | 14 fidelissimos *P* | 17 amilcari *P* | 20 charthaginiensium *H* chartagenensium *P* | 22 nonspirasse *H*<sup>1</sup> | 23 aliquod *H*<sup>1</sup> | mensium *d* | 27 etempus *H*<sup>1</sup> | praedaturos *Hartel* datur *H* datis *P* dilatis *Lipsius* | pollicitis *P* | 28 otalicium *P* | 30 praedatum *d* datum *HP*

tim credit transfugae nec tamen rem spernendam ratus disposuit in insidiis lectissimam manum suorum. ab ea Galli excepti dupliciter Hannonis consilio satisfecerunt: et Romanos ceciderunt et ipsi omnes 5 interfecti sunt.

4. Hannibal simili consilio se a transfugis ultus est. nam cum aliquos ex militibus suis sciret transisse proxima nocte nec ignoraret exploratores hostium in castris suis esse, palam pronuntiauit non debere trans- 10 fugas uocari sollertissimos milites, qui ipsius iussu exierint ad excipienda hostium consilia. auditis quae pronuntiauit, retulerunt exploratores ad suos: tum comprehensi a Romanis transfugae et amputatis manibus remissi sunt.

15 5. Diodotus, cum praesidio Amphipolim tueretur et duo milia Thracum suspecta haberet, quae uidebantur urbem direptura, mentitus est paucas hostium naues proximo litori adplicuisse easque diripi posse: qua spe stimulos Thracas emisit ac deinde clausis 20 portis non recepit.

#### XVII. DE ERUPTIONIBUS.

1. Romani, qui in praesidio Panhormitanorum erant, ueniente ad obsidionem Hasdrubale raros ex industria in muris posuerunt defensores: quorum pau- 25 citate contempta cum incautus muris succederet Hasdrubal, eruptione facta ceciderunt eum.

2. Aemilius Paulus, uniuersis Liguribus inprouiso adortis castra eius, simulato timore militem diu con- 30 tinuit: deinde fatigato iam hoste quattuor portis eruptione facta strauit cepitque Ligures.

---

7 cum *H in ras.* | 9 deberet *H* | 10 qui] quo *H* quoniam *d* | 11 audita *H* | 13 comprehensi *d* compressi *HP* | 15 Diodotus *HP* Diodorus *edd. coll. Liu. 44, 44* | 16 suspecta — urbem *om. H<sup>1</sup>* | 17 est *om. H<sup>1</sup>* | 19 clasis *H<sup>1</sup>*

25 incautas *H<sup>1</sup>* incautius *d*



3. Liuius praefectus Romanorum arcem Tarentinorum tenens misit ad Hasdrubalem legatos, abire uti sibi incolumi liceret: ea simulatione ad securitatem perductum hostem eruptione facta cecidit.

4. Cn. Pompeius circumsessus ad Dyrrachium non 5 tantum obsidione liberauit suos, uerum etiam post eruptionem, quam opportuno et loco et tempore fecerat, Caesarem ad castellum, quod duplici munitione instructum erat, auide inrumpentem exterior ipse circumfusus corona obligauit, ut ille inter eos quos ob- 10 sidebat et eos qui extra circumuenerant medius non leue periculum et detrimentum senserit.

5. Flauius Fimbria in Asia apud Rhyndacum aduersum filium Mithridatis, brachiis ab latere ductis, deinde fossa in fronte percussa, quietum in uallo 15 militem tenuit, donec hostilis equitatus intraret angustias munimentorum: tunc eruptione facta sex milia eorum cecidit.

6. C. Caesar in Gallia, deletis ab Ambiorige Titurii Sabini et Cottae legatorum copiis, cum a Q. Cice- 20 rone, qui et ipse oppugnabatur, certior factus cum duabus legionibus aduentaret, conuersis hostibus metum simulauit militesque in castris, quae artiora solito industria fecerat, tenuit. Galli praesumpta iam uictoria uelut ad praedam castrorum tendentes fossas 25 implere et uallum detrahare coeperunt: qua re proelio <non> aptatos Caesar emisso repente undique milite trucidauit.

7. Titurius Sabinus aduersus Gallorum amplum exercitum continendo militem intra munimenta prae- 30

1 Liuius *edd.* Velus *HP*: *cf.* p. 93, 24 | 2 uti abire *P* | 3 in incolumi *H* | 5 circumsessus *d* circumsessos *HP* | 7 eruptione *Lipsius* | 13 Rhyndacum *d* rinthacum *H* rhidinacum *P* | aduersus *d* | 14 a *P* | 17 tum *Ded.* | 19 abambiore geti ituri insabini *H* abam buorege titurii sabini *P*, *corr. edd.* | Ambiorige rege *d* | 20 quinto *HP* | 23 artiora *Stew. coll. Caes. b. G. 5, 49, 7* ampliora *HP* angustiora *Oud.* | 27 non aptatos *Ded. coll. p. 26, 13* aptatos *HP* occupatos *Oud.* inparatos *Wasse*

stitit eis suspicionem metuentis. cuius augendae causa perfugam misit, qui adfirmaret exercitum Romanum in desperatione esse ac de fuga cogitare. barbari oblata uictoriae spe concitati lignis sarmentisque se onerauerunt, quibus fossas complerent, ingentique cursu castra nostra in colle posita petiuerunt: unde in eos Titurius uniuersas inmisit copias multisque Gallorum caesis plurimos in deditionem accepit.

8. Asculani, oppugnatur<o> oppidum Pompei<o> cum paucos senes <et> aegros in muris ostendissent, ob id securos Romanos eruptione facta fugauerunt.

9. Numantini obsessi ne pro uallo quidem intruxerunt aciem adeoque se continuerunt, ut Popilio Laenati fiducia fieret scalis oppidum adgrediendi: quo deinde suspicante insidias, quia ne tunc quidem obsistebatur, ac suos reuocante, eruptione facta auersos et descendentes adorti sunt.

#### XVIII. DE CONSTANTIA OBSESSORUM.

1. Romani, adsidente moenibus Hannibale, ostentandae fiduciae gratia supplementum exercitibus, quos in Hispania habebant, diuersa porta miserunt.

2. Idem agrum, in quo castra Hannibal habebat, defuncto forte domino uenalem ad id pretium licendo perduxerunt, quo is ager ante bellum uenierat.

3. Idem, <cum> ab Hannibale obsiderentur et ipsi obsiderent Capuam, decreuerunt, ne nisi capta ea reuocaretur inde exercitus.

---

1 agenda *H* | 4 ornauerunt *H*<sup>1</sup> | 7 titurios *H*<sup>1</sup> | 8 plurimum *P* | 9 oppugnatur oppidum *H* oppugnaturis oppidum *P*, *em. edd.* | Pompei *edd.* pompeii *H*<sup>1</sup> *P* pompeii *h* | et *add.* Lipsius | 12 ne] sine *H* | 15 ne] nec *H* *superscr. habet* | 17 descendentes *h* | 20 graciae *H* *ante ras.* | 24 his agerente *H* | 25 Idem *H* *Hi dum P* | cum *suppleui* | *Hi, dum ab Hannibale obsidentur, et ipsi obsederunt Capuam decreueruntque Oud. ex d* | ipse *H*<sup>1</sup> | 26 obsiderentur *H* *ante ras.* | *nenisi H, sed ni superscr.*

IULI FRONTINI  
STRATEGEMATON

LIBER QUARTUS.

Multa lectione conquisitis strategematibus et non exiguo scrupulo digestis, ut promissum trium librorum 5 inplerem, si modo inpleui, hoc exhibebo ea, quae parum apte discriptioni priorum ad speciem alligatae subiei uidebantur et erant exempla potius strategicon quam strategemata: quae idcirco separaui, quia quamuis clara diuersae tamen erant substantiae, ne, si qui 10 forte in aliqua ex his incidissent, similitudine inducti praetermissa opinarentur. et sane uelut <res> residua expedienda fuit: in qua et ipse ordinem per species seruare conabor:

I. De disciplina.

II. De effectu disciplinae.

15

---

1 IULI FRONTI. TRATEGETICON. (sed IULII FRONTINI STRATEGEMATICON h) Liber. III. EXPLICIT. INCIP̄ EUSDEM LIB. III. FELICITER H IULI FRONTINI STRATEGEMATICON LIBER TERTIUS EXPLICIT. INCIPIT EIUSDEM LIBER QUARTUS FELICITER P, titulum post praefationem (p. 116, 5) exhibet G; sed tamen hic liber, qui fertur quartus, non est Frontini: cf. praef. § 8 | 6 hic d in hoc edd. | 7 discriptioni Buecheler in Rhein. Mus. (1858) 13, 602 descriptioni P descriptione GH discretioni d | alligatae Wachsmuth alligata GHP | 8 uerba et erant — strategemata post substantiae (u. 10) transponere mauult Goetz | et] hec P | 9 strategemate G strategematon Scr. | quia (sed i superscr.) H | 10 claret G | fortasse ac ne | 11 P | iniis docti GHP, corr. d | 12 sana P | res add. Oud. | residua] res idonea d | 13 expedienda d expediendi GHP | et sane uelut residua expedienda sunt: in quo edd. | in qua sicuti antea et ipse d | ordine GH

III. De continentia.

IIII. De iustitia.

V. De constantia.

VI. De affectu et moderatione.

5 VII. De uariis consiliis.

### I. DE DISCIPLINA.

1. P. Scipio ad Numantiam corruptum superiorum ducum socordia exercitum correxit dimisso ingenti lixarum numero, redactis ad munus cotidiana exercitatione  
10 militibus. quibus cum frequens iniungeret iter, portare complurium dierum cibaria imperabat, ita ut frigora et imbres pati, uada fluminum pedibus traicere adsuesceret miles, exprobrante subinde imperatore timiditatem et ignauiam, frangente delicatioris usus ac parum  
15 necessaria expeditioni uasa. quod maxime no<ta>biliter accidit C. Memmio tribuno, cui dixisse traditur Scipio: 'mihi paulisper, tibi et rei publicae semper nequam eris.'

2. Q. Metellus bello Iugurthino similiter lapsam  
20 militum disciplinam pari seueritate restituit, cum insuper prohibuisset alia carne quam assa elixaue milites uti.

3. Pyrrhus dilectatori suo fertur dixisse: 'tu grandes elige, ego eos fortes reddam.'

25 4. L. Paulo et C. Varrone consulibus milites primo

---

1 uerba De — iustitia *H* in ras. | 4 affectu *d* effectu *GHP* | 5 post consiliis in *G* sequuntur: IULI FRONTINI STRATEGEMATICON LIB. III. INCIP̄.

7 Publius *G* | 9 cottidiane *G* | 10 inter *H*<sup>1</sup> | 12 traicere *G* traicare *H*<sup>1</sup> | 14 dilicationis *G* dilicatoris *H*<sup>1</sup> | 15 expeditione *H* | notabiliter *d* nobiliter *GHP* | 16 gaio *HP* | nemmio *P* | 17 mihi paulisper et rei publicae, tibi semper *Oud. coll. Plut. apophth. Scipionis min. 17* | 19 Quintus *G* | 20 seueritate — insuper *om. H*<sup>1</sup> | 21 a se assa *Lipsius coll. Sall. Iug. 45, 2: sed cf. Plut. l. l. 16. Polyæn. 8, 16, 2. Appian. Hisp. 85* | 23 Pyrrhus *G* | Pyrrus *P* | dilectatori *CGH*<sup>1</sup> delectatori *h* delectori *P* | 25 Paulo *Schelius coll. Liu. 22, 38* flacco *GHP*

iure iurando adacti sunt: antea enim sacramento tantummodo a tribunis rogabantur, ceterum ipsi inter se coniurabant se fugae atque formidinis causa non abituros neque ex ordine recessuros nisi teli petendi feriendique hostis aut ciuis seruandi causa. 5

5. Scipio Africanus, cum ornatum scutum elegantius cuiusdam uidisset, dixit non mirari se, quod tanta cura ornasset, in quo plus praesidii quam in gladio haberet.

6. Philippus, cum primum exercitum constitueret, uehiculorum usum omnibus interdixit, equitibus non amplius quam singulos calones habere permisit, pedibus autem denis singulos, qui molas et funes ferrent: in aestiua exeuntibus triginta dierum farinam collo portari imperauit. 10 15

7. C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, uasa et cibaria militis in fasciculos aptata furcis inposuit, sub quibus et habile onus et facilis requies esset: unde et prouerbiū tractum est 'muli Mariani.' 20

8. Theagenes Atheniensis, cum exercitum Megaram duceret, petentibus ordines respondit ibi se daturum. deinde clam equites praemisit eosque hostium specie impetum in suos retorquere iussit. quo facto cum <quos secum> habebat tamquam ad hostium occursum praepararentur, permisit ita ordinari aciem, ut quo quis uoluisset loco consisteret: cum inertissimus quisque retro se dedisset, strenui autem in fronte<m> 25

1 adacti uir doctus, ab Oudendorpio laudatus, ex Liu. 22, 38 facti GHP | 3 iurabant G | se] sed GH | 7 se] sed CH<sup>1</sup> | 12 calones d lacones GHP | 14 .XXX. G | 15 portare d | 16 impedimentorum] imperatorum G | 18 militum edd. | 19 et ante facilis om. H<sup>1</sup> | 20 et in edd. | muli d multi GHP: cf. Fest. Paul. 24, 2. 148, 6 | 21 Theagenes] Θεόργης Polyaen. 5, 28, 1 | 22 /// ibi (duae fere litt. eras.) H | 24 imperatum P | suos d socios GHP | 25 quos secum add. Stev. quos add. edd. | habebat delet d | incursum d | 26 praeparentur G praeparentur H<sup>1</sup> | ordinare G | 28 se retro H | frontem Ded. fronte GHP

prosiluissent, ut quemque inuenerat stantem, ita ad ordines militiae prouexit.

9. Lysander Lacedaemonius egressum uia quendam castigabat. cui dicenti ad nullius rei rapinam se  
5 ab agmine recessisse respondit: 'ne speciem quidem rapturi praebeas uolo.'

10. Antigonus, cum filium suum audisset deuertisse in anus domum, cui tres filiae insignes specie essent, 'audio', inquit, 'fili, anguste habitare te pluribus dominis domum possidentibus: hospitium laxius accipe': iussoque commigrare edixit, ne quis minor  
10 quinquaginta annos natus hospitio matris familias uteretur.

11. Q. Metellus consul, quamuis nulla lege in  
15 pediretur, quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere.

12. P. Rutilius consul, cum secundum leges in contubernio suo habere posset filium, in legione militem fecit.

13. M. Scaurus filium, quod in saltu Tridentino loco hostibus cesserat, in conspectum suum uenire uetuit: adulescens uerecundia ignominiae pressus mortem sibi consciuit.

14. Castra antiquitus Romani ceteraeque gentes  
25 passim per corpora cohortium uelut mapalia constituere soliti erant, cum solos urbium muros nosset antiquitas. Pyrrhus Epirotarum rex primus totum exercitum sub eodem uallo continere instituit. Romani deinde, uicto eo in campis Arusinis circa urbem Maluentum, castris eius potiti et ordinatione notata pau-

1 rosiluissent *G* prosiluisset *H*<sup>1</sup> | et ut *H* | ad *om.* *H*<sup>1</sup> | 4 didicenti *H*<sup>1</sup> | 7 euertisse *H* | 8 anus *nos* eius *GHP* uiduae *Eussner coll. Plut. apophth. Antig.* 5 mulieris *Goetz* | 11 dixit *GH* | 12 *L. G* | 15 quin *Gh* qui in *H*<sup>1</sup>*P* | 18 legionem *P* | 20 trident in hoc loco *P* | 22 adulescens *H*<sup>1</sup> adolescens *h* | 24 exemplum suspectum habet *Wachsmuth* | 25 mappalia *GHP* | 27 pyrrhus *G* pyrrus *P* | 29 Maluentum *Scaliger* fatuentum *G* statuentum *HP* Beneuentum *Mod.*

latim ad hanc usque metationem, quae nunc effecta est, peruenerunt.

15. P. Nasica in hibernis, quamuis classis usus non esset necessarius, ne tamen desidia miles corrumperetur aut per otii licentiam sociis iniuriam inferret, nauis aedificare instituit.

16. M. Cato memoriae tradidit in furto comprehensis inter commilitones dextras esse praecisas aut, si lenius animaduertere uoluissent, in principiis sanguinem missum.

17. Clearchus dux Lacedaemoniorum exercitui dicebat imperatorem potius quam hostem metui debere, significans eos, qui in proelio dubiam mortem timuissent, certum, si deseruissent, manere supplicium.

18. Appii Claudii sententia senatus eos, qui a Pyrrho rege Epirotarum capti et postea remissi erant, equites ad peditem redegit, pedites ad leuem armaturam, omnibus extra uallum iussis tendere, donec bina hostium spolia singuli referrent.

19. Otacilius Crassus consul eos, qui ab Hannibale sub iugum missi redierant, tendere extra uallum iussit, ut inmuniti adsuescerent periculis et aduersus hostem audentiores fierent.

20. P. Cornelio Nasica Decimo Iunio consulibus, qui exercitum deseruerant, damnati uirgis caesi publice uenierunt.

21. Domitius Corbulo in Armenia duas alas et

---

3 nassica *G* | clausis non *H*<sup>1</sup> | 5 aut *ex* ut *H* | inferret *d* inferrent *GHP* | 7 tradit *G* | 9 si lenius *Lipsius* silentius *GH* ut silentius *P* si leuius *d* | principiis *d* principis *GHP* | praecisas: at si lentius animaduertere uoluissent in principes, sanguinem missum *Stew.* | 11 exercituo *G* | 12 metui *super-scriptum* habet *H* | 13 qui *om.* *H*<sup>1</sup> | 14 si] in *H*<sup>1</sup> | 15 sententiam *GH* | 16 pyrrho *GP* | 17 peditem *P* pedem *Gh* pedes *H*<sup>1</sup> | pedites *om.* *P* peditos *H* | 18 iussit *H* | 20 Otacilius *P* | crassus eos quia hannibale *H*<sup>1</sup> | 21 missi iussit redierant *H*<sup>1</sup> | 22 inminuti *G* | 23 audientiores *P* | 24 nassica *G* | conſ GHP | 25 deseuerat *H*<sup>1</sup> deseruerat *h* | damnato *P*

tres cohortes, quae ad castellum Initia hostibus cesserant, extra uallum iussit tendere, donec adsiduo labore et prosperis excursionibus redimerent ignominiam.

5 22. Aurelius Cotta consul, cum ad opus equites necessitate cogente iussisset accedere eorumque pars detractasset imperium, questus apud censores effecit, ut notarentur; a patribus deinde obtinuit, ne eis praeterita aera procederent; tribuni quoque plebis de eadem  
10 re ad populum pertulerunt omniumque consensu stabilita disciplina est.

23. Q. Metellus Macedonicus in Hispania quinque cohortes, quae hostibus cesserant, testamentum facere iussas ad locum recipendum remisit, minatus non  
15 nisi post uictoriam receptum iri.

24. P. Valerio consuli senatus praecepit, exercitum ad Sirim uictum ducere Saepinum ibique castra munire et hiemem sub tentoriis exigere.

24a. Senatus, cum turpiter fugati eius milites  
20 essent, decreuit, ne auxilia eis summitterentur, nisi captis eius \* \* \*

25. Legionibus, quae Punico bello militiam detractauerant, in Siciliam uelut relegatis per septem annos hordeum ex senatus consulto datum est.

25 26. L. Piso C. Titium praefectum cohortis, quod

1 initia *GH* initio *P* cum Paccio *Oud. coll. Tac. ann. 13, 36* in acie *Herelius*: sed nomen castelli latere, si modo uox corrupta est, certum uidetur | 5 *A. aurelius H<sup>1</sup>* | 7 detractasset *hP* | 14 recuperandum *hP* | 16 ualerio (sed u superscripta) *H* | 17 Saepinum scripsi serinum *GHP* firmum *d* in Samnium *Niebuhr (Roem. Gesch. 3, 584)* ad Ferentinum *idem, cui adsentiuntur Droysen (Gesch. des Hell. III 1<sup>2</sup>, 148)* et *Wachsmuth* in Setinum *Schelius* | ubique *H* | 18 hiemen *G* | 19 hoc exemplum misere corruptum a proximis non distinguunt codices | eius] eiusdem *exspectas, si ad Valerium refertur* | 20 eis *GH* ei *P* | 21 eius temptare nolim: plura exciderunt | nisi captis et uictis hostibus. Eis legionibus *d* | 22 detractauerant *h* | 23 religatis *hP* | .VII. *G* | 25 pisso *H<sup>1</sup>* | C.] c. *HP* coñs. *G* consul C. *Ded. coll. Val. Max. 2, 7, 9* | titum *H<sup>1</sup>*



loco fugitiuis cesserat, cinctu togae praeciso, soluta tunica, nudis pedibus in principiis cotidie stare, dum uigiles uenirent, iussit, conuiuuis et balneo abstinere.

27. Sulla cohortem et centuriones, quorum stationem hostis perruperat, galeatos et discinctos perstare 5 in principiis iussit.

28. Domitius Corbulo in Armenia Aemilio Rufo praefecto equitum, quia hostibus cesserat et parum instructam armis alam habebat, uestimenta per licto-rem scidit eidemque ut erat foedato habitu perstare 10 in principiis, donec mitterentur, imperauit.

29. Atilius Regulus, cum ex Samnio in Luceriam transgrederetur exercitusque eius obuiis hostibus auersus esset, opposita cohorte iussit fugientes pro desertoribus caedi. 15

30. Cotta consul in Sicilia in Valerium, nobilem tribunum militum ex gente Valeria, uirgis animaduertit.

31. Idem P. Aurelium sanguine sibi iunctum, quem obsidioni Lipararum, ipse ad auspicia repetenda Mes-  
sanam transiturus, praefecerat, cum agger incensus et 20  
capta castra essent, uirgis caesum in numerum gregalium peditum referri et muneribus fungi iussit.

32. Fuluius Flaccus censor Fuluium fratrem suum, quia legionem, in qua tribunus militum erat, iniussu 25  
consulis dimiserat, senatu mouit.

33. M. Cato ab hostili litore, in quo per aliquot dies manserat, cum ter dato profectionis signo classem soluisset et relictus e militibus quidam a terra uoce et gestu expostularet, uti tolleretur, circumacta ad litus uniuersa classe, comprehensum supplicio adfici 30

1 cinctu *d* cincto *GHP* | praesciso *P* | 2 stare *in ras. h* | 3 conuiuisque *edd.*: *an* et conuiuuis? | conuiuis *GH*<sup>1</sup> | 4 Sullam *H* | stationes *d* | 5 galeatos] discalceatos *Stew.* exgaleatos *Tenn.* gladio stricto *Oud. coll. Liu. 27, 13* | 8 qui ab *P* | 10 idemque *GH* | 13 auersus *d* aduersus *CGHP* | 19 lippararum *G* lippararum *P* | ipse — repetenda *om. H*<sup>1</sup> | messam *G* messenam *H* | 23 censor] *coñs. P* | 24 inquam *HP* | iniussum *GH* | 27 ter dato *d* tardato *GHP*

iussit et, quem occisuri per ignominiam hostes fuerant, exemplo potius inpendit.

34. Appius Claudius ex his, qui loco cesserant, decimum quemque militem sorte ductum fusti percussit.

35. Fabius Rullus consul ex duabus legionibus, quae loco cesserant, sorte ductos in conspectu militum securi percussit.

36. Aquilius ternos ex centuriis, quarum statio ab hoste perrupta erat, securi percussit.

37. M. Antonius, cum agger ab hostibus incensus esset, ex his, qui in opere fuerant, duarum cohortium militem decimavit et in singulos ex his centuriones animaduertit, legatum cum ignominia dimisit, reliquis ex legione hordeum dari iussit.

38. In legionem, quae Regium oppidum iniussu ducis dir<sup><ip></sup>uerat, animaduersum est ita, ut quattuor milia tradita custodiae necarentur: praeterea senatus consulto cautum est, ne quem ex eis sepelire uel lugere fas esset.

39. L. Papirius Cursor dictator Fabium Rullum magistrum equitum, quod aduersum edictum eius quamuis prospere pugnaverat, <ad> uirgas poposcit, caesum securi percussurus: nec contentioni aut precibus militum concessit animaduersionem eumque profugientem Romam persecutus est, ne ibi quidem remisso prius supplicii metu, quam ad genua eius et Fabius cum

---

4 militum *H*<sup>1</sup> | 7 uicenos *ante* sorte *Oud.* male *inseruit* ex *Io. Saresb. Polier. 6, 12: cf. praef. § 7* | 9 Aquilegius *G* Aquirius *P* | quarum *edd.* quorum *CGHP* | 11 *M.*] *A.* *H*<sup>1</sup> | ager *H*<sup>1</sup> | 12 cohortum *G* | 13 militum *H*<sup>1</sup> | 16 iniussu *Gh* iniussit *H* iussu-*P:* *cf. praef. § 11* | 17 diruerat *GHP*, *em. Casaub.* | .III. m. *G* | 19 catum *G* | sepeliri *P* | 21 dictatorem *H* | Rullum *Oud.* rutilium *GH* rutilum *P* Rullianum *Liu. 8, 29. Val. 2, 7, 8* | 22 edictum *G* dictum *HP* | 23 ad uirgas *nos* uirgas *GH* uirgis *P* | poposcit, caesum securi *distinxi* poposcit caesum, securi *edd.* | 25 cumque *H* | 26 sibi *G* | remissio *HP* | nec ibi quidem remissionem supplicii prius meruit quam *d*

patre prouolueretur et pariter senatus ac populus rogarent.

40. Manlius, cui Imperioso postea cognomen fuit, filium, quod is contra edictum patris cum hoste pugnaverat, quamuis uictorem in conspectu exercitus uirgis 5 caesum securi percussit.

41. Manlius filius, exercitu pro se aduersus patrem seditionem parante, negauit tanti esse quemquam, ut propter illum disciplina corrumperetur, et obtinuit, ut ipsum puniri paterentur. 10

42. Q. Fabius Maximus transfugarum dextras praecidit.

43. C. Curio consul bello Dardanico circa Dyrrachium, cum ex quinque legionibus una seditione facta militiam detractasset secuturamque se temeritatem du- 15 cis in expeditionem asperam et insidiosam negasset, quattuor legiones eduxit armatas et consistere ordinibus detectis armis uelut in acie iussit. post hoc seditionem legionem inermem procedere discinctamque in conspectu armati exercitus stramenta coegit secare, 20 postero autem die similiter fossam discinctos milites facere, nullisque precibus legionis impetrari ab eo potuit, ne signa eius summitteret nomenque aboleret, milites autem in supplementum ceterarum legionum distribueret. 25

44. Q. Fuluius Appius Claudio consulibus milites ex pugna Cannensi in Siciliam a senatu relegati postulauerunt a consule M. Marcello, ut in proelium ducerentur. ille senatum consuluit: senatus negauit sibi placere committi his rempublicam, quae de- 30 seruissent: Marcello tamen permisit facere, quod uide-

7 exercitus *H* | 8 seditione *G* | 11 maxumus *H* ante ras. | 13 consul] proconsul *Liu. epit. 92. 95. Eutr. 6, 2: cf. p. 123, 28.* | dirrachium *G* dirachium *P* | 15 detractasset *GH*<sup>1</sup> | temeritate *G* | 18 haec *edd.* | seditionem legiosam (sa ex ne h) *H* | 19 inermen *G* | 21 postera *G* | 27 religati *P* | 28 consule] proconsule *Liu. 25, 7: sed cf. p. 123, 13. 132, 5 et praef. § 11* | 30 his *d* is *GHP* | qui eam *d* quam *GHP*

retur, dum ne quis eorum munere uacaret neue donaretur neue quod praemium ferret aut in Italiam reportaretur, dum Poeni in ea fuissent.

45. M. Salinator consularis damnatus est a populo, 5 quod praedam non aequaliter diuiserat militibus.

46. Cum ab Liguribus in proelio Q. Petilius consul interfectus esset, decreuit senatus, uti ea legio, in cuius acie consul erat occisus, tota infrequens referretur, stipendium ei annum non daretur, aera reci- 10 derentur.

## II. DE EFFECTU DISCIPLINAE.

1. Bruti et Cassi exercitus, memoriae proditum est, bello ciuili cum una per Macedoniam iter facerent priorque Brutus ad fluuium, in quo pontem iungi oportebat, peruenisset, Cassi tamen exercitum et in efficiendo ponte et in maturando transitu praecessisse: 15 qui uigor disciplinae effecit, ne solum in operibus, uerum et in summa belli praestarent Cassiani Bruttianos.

20 2. C. Marius, cum facultatem eligendi exercitus haberet ex duobus, qui sub Rutilio et qui sub Metello ac postea sub se ipso meruerant, Rutilianum quamquam minorem, quia certioris disciplinae arbitrabatur, praeoptauit.

25 3. Domitius Corbulo duabus legionibus et paucissimis auxiliis disciplina correcta Parthos sustinuit.

4. Alexander Macedo XL milibus hominum iam

1 uocaret *H* | 2 neque quod *H*<sup>1</sup> | 3 Poeni in] poeni *H* | ea fuissent *P* exfuissent *GH* ea essent *Ded.*: sed cf. p. 125, 26. 129, 30 | dum Poeni inde exissent *Hartel* | 6 quintus *GLP* | petilius *G*

13 est] et *H* | 17 ne] ut non *d* | 18 bello *H*<sup>1</sup> | 22 ipsum eruerant *P* | quamquam *d* quendam *GhP* quaedam *H*<sup>1</sup> | minorem quidem sed quia *Scaliger* | 23 correctioris *Ded.* | 25 paucissimis (*mis ex mus*) *G* | 27 .XL. hominum *GH*<sup>1</sup>*P* .XL. hominum *h*

inde a Philippo patre disciplinae adsuefactis orbem terrarum adgressus innumerabiles hostium copias uicit.

5. Cyrus bello aduersus Persas quattuordecim milibus armatorum immensas difficultates superauit.

6. Epaminondas dux Thebanorum quattuor milibus 5 hominum, ex quibus CCCC tantum equites erant, Lacedaemoniorum exercitum uiginti quattuor milium peditum, equitum mille sescentorum uicit.

7. A quattuordecim milibus Graecorum, qui numerus in auxiliis Cyri aduersus Artaxerxen fuit, centum 10 milia barbarorum proelio superata sunt.

8. Eadem Graecorum [proelio] quattuordecim milia amissis ducibus, reditus sui cura uni ex corpore suo Xenophonti Atheniensi demandata, per iniqua et ignota loca incolumia reuersa sunt. 15

9. Xerxes a trecentis Lacedaemoniorum ad Thermopylas uexatus, cum uix eos confecisset, hoc se deceptum aiebat, quod multos quidem homines haberet, uiros autem disciplinae tenaces nullos.

### III. DE CONTINENTIA.

20

1. M. Catonem uino eodem quo remiges contentum fuisse traditur.

2. Fabricius, cum Cineas legatus Epirotarum grande pondus auri dono ei daret, non accepto eo dixit malle se habentibus id imperare, quam habere. 25

3. Atilius Regulus, cum summis rebus praefuisset,

---

2 innumeras *P* | 3 hoc exemplum alienum putat *Oud.*: sed cf. praef. § 9 | Cyrus in ras. h Cyrrus *P* | quattuor .X. *G* | 6 .CCCC. *GhP* .CCCC. *H*<sup>1</sup> | tantum — Lacedaemoniorum om. *H*<sup>1</sup> | 7 .XXIII. m. *G* | 8 sexcentorum h *P* | 10 artar xerxen *HP* artaxersen *G* | centum milia *HP* c. m. *G* | 11 superati (sed a supra i scripta) *H* | 12 proelio ex priore uersu haud dubie repetitum deleui: ante amissis id transposuerunt edd. | 18 agebat *G* | 19 autem om. *P* | tenacis h

21 hoc exemplum superiori capiti tribuit *H* | 25 hebere *H*<sup>1</sup>

adeo pauper fuit, ut se coniugem liberosque toleraret agello, qui colebatur per unum uilicum: cuius audita morte scripsit senatui de successore, destitutis rebus obitu serui necessariam esse praesentiam suam.

5 4. Cn. Scipio post res prospere in Hispania gestas in summa paupertate decessit, ne ea quidem relicta pecunia, quae sufficeret in dotem filiarum, quas ob inopiam publice dotaui senatus.

10 5. Idem praestiterunt Athenienses filiis Aristidis post amplissimarum rerum administrationem in maxima paupertate defuncti.

6. Epaminondas dux Thebanorum tantae abstinentiae fuit, ut in suppellectili eius praeter stoream et unicum ueru nihil inueniretur.

15 7. Hannibal surgere de nocte solitus ante noctem non requiescebat: crepusculo demum ad cenam uocabat neque amplius quam duobus lectis discumbebatur apud eum.

8. Idem, cum sub Hasdrubale imperatore militaret, plerumque super nudam humum sagulo tectus somnos capiebat.

9. Aemilianum Scipionem traditur in itinere cum amicis ambulans accepto pane uesci solitum.

[10. Idem et de Alexandro Macedone dicitur.]

25 11. Masinissam, nonagensimum aetatis annum agentem, meridie ante tabernaculum stantem uel ambulantem capere solitum cibos legimus.

12. M'. Curius, cum uictis ab eo Sabinis ex senatus consulto ampliaretur ei modus agri, quem consum-

---

3 mor *G* | 10 in *om. P* | 13 subplectili *G* | praeter stoream *Graeuus* praeteritor eam (*sed altera t superscripta H*) *GH* praeterito rea *P* | 14 unicum] aeneum *Ded. coll. Plut. Fab. 27: cf. praef. § 11* | ueru *Graeuus* uero *GHP* | praeter aereum et minutum ueru *Oud.* | 15 surgeret nocte *G* | 16 caenam *H* coenam *P* | uacabat *d* | 19 hastrubale *H* | 20 nudam *om. H<sup>1</sup>* | 24 *exemplum alienum: cf. praef. § 9* | 25 nonagensimum *G* nonagensimum *H<sup>1</sup>* nonagensimum *hP* | 28 M'. *Scr. C. CGHP* | 29 motus *P*

mati milites accipiebant, gregalium portione contentus fuit, malum ciuem dicens, cui non esset idem quod ceteris satis.

13. Uniuersi quoque exercitus notabilis saepe fuit continentia, sicut eius qui sub M. Scauro meruit. nam- 5  
que memoriae tradidit Scaurus pomiferam arborem, quam in pede castrorum fuerat complexa metatio, postero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam.

14. Auspiciis Imperatoris Caesaris Domitiani Au- 10  
gusti Germanico bello, quod Iulius Ciuilis in Gallia mouerat, Lingonum opulentissima ciuitas, quae ad Ciuilem descuerat, cum adueniente exercitu Caesaris populationem timeret, quod contra expectationem inuiolata nihil ex rebus suis amiserat, ad obsequium 15  
redacta septuaginta milia armatorum tradidit mihi.

15. L. Mummius, qui Corintho capta non Italiam solum sed etiam prouincias tabulis statuisque exornauit, adeo nihil ex tantis manubiis in suum conuertit, ut filiam eius inopem senatus ex publico do- 20  
tauerit.

### III. DE IUSTITIA.

1. Camillo Faliscos obsidenti ludi magister liberos Faliscorum tamquam ambulandi causa extra murum eductos tradidit, dicens retentis eis obsidibus 25  
necessario ciuitatem imperata facturam. Camillus non solum spreuit perfidiam, sed et restrictis post terga manibus magistrum uirgis agendum ad parentes tra-

---

5 marco *HP* | 6 scauros *H* escaurus *P* | 11 Germanico *GHP* Germanici eo *d* | ilius *H* | 12 lingonum (*prior n superser.*) *H* | 13 aduenientem *HP* | 14 inuiolatam *h* | 15 ad] ab *G* | 16 mihi *GHP* ei *edd.* | 17 Lucius *G* | captam *G* | 18 prouintiam *P* | 19 exstantis *P* | 20 ut filiam eius] infā eī *G* | dotauerat *H*  
22 *titulum in marg. habet H* | 25 retentis *Ioannes Saresbriensis Polier. 5, 7* repetentis *GH* repetendis *P* | obsidionibus *H*<sup>1</sup> | 26 imperatam *h*

didit pueris, adeptus beneficio uictoriam, quam fraude non concupierat: nam Falisci ob hanc iustitiam sponte ei se dediderunt.

2. Ad Fabricium ducem Romanorum medicus  
 5 Pyrrhi Epirotarum regis peruenit pollicitusque est  
 daturum se Pyrrho uenenum, si merces sibi, in qua  
 operae pretium foret, constitueretur. quo facinore  
 Fabricius egere uictoriam suam non arbitratus, regi  
 medicum detexit atque ea fide meruit, ut ad peten-  
 10 dam amicitiam Romanorum compelleret Pyrrhum.

#### V. DE CONSTANTIA.

1. Cn. Pompeius minantibus direpturos pecuniam  
 militibus, quae in triumpho ferretur, Seruilio et Glau-  
 cia cohortantibus, ut diuideret eam, ne seditio fieret,  
 15 adfirmavit non triumphaturum se potius et moriturum,  
 quam licentiae militum succumberet, castigatis-  
 que oratione graui laureatos fasces obiecit, ut ab il-  
 lorum inciperent direptione: eaque inuidia redegit eos  
 ad modestiam.

20 2. C. Caesar, seditione in tumultu ciuiliu armorum  
 <f>acta, maxime animis tumentibus, legionem totam  
 exauctorauit, ducibus seditionis securi percussis: mox  
 eosdem, quos exauctorauerat, ignominiam deprecantis  
 restituit et optimos milites habuit.

25 3. Postumius consularis cohortatus suos, cum inter-

---

4 autem ducem *G* | 5 pyrrhi *GP* | 6 pyrro *CGHP* | 7 opera  
*H* | 8 non] cum *H*<sup>1</sup> | 9 ad petendam *GH*<sup>1</sup> ad appetendam *hP* |  
 10 pyrrum *CGhP*

12 se direpturos *d* | 13 glaucia *GP* conlaucia (*sed con-  
 deletum*) *H* Claudio conicio; errore auctoris duo nomina ex uno  
*Seruili* *Glaucia* ficta esse suspicatur *Woelflin*: cf. *praef.* § 11 |  
 15 et potius nos. potius *sed* *GHP* *sed* potius *d* | 16 qualicentia  
*H* | castigatioque *H*<sup>1</sup> | 17 laureatas *h* | falces *H* | 18 redigit  
*H*<sup>1</sup> | 20 *C. om.* *H*<sup>1</sup> | armorum *P* armarum *GH*<sup>1</sup> armatorum *h* |  
 21 facta *d* actum *GH* actam *P* acta *edd.* facta, cum *Oud.* facta  
 ac tum *Hartel* | maxime *P* | 22 exauctorauerat *H*<sup>1</sup> | percussis  
*om.* *P*



rogatus esset a militibus, quid imperaret, dixit, ut se imitarentur, et arrepto signo hostis primus inuasit: quem secuti uictoriam adepti sunt.

4. Claudius Marcellus, cum in manus Gallorum imprudens incidisset, circumspiciendae regionis qua euaderet causa equum in orbem flexit: deinde cum omnia esse infesta uidisset, precatus deos in medios hostis inrupit: quibus inopinata audacia percussis, ducem quoque eorum trucidauit atque, ubi spes salutis uix superfuerat, inde opima rettulit spolia. 10

5. L. Paulus, amisso ad Cannas exercitu, offerente equom Lentulo quo fugeret, superesse cladi quamquam non per ipsum contractae noluit, sed in eo saxo, cui se uulneratus adclinauerat, persedit, donec ab hostibus oppressus confoderetur. 15

6. Varro collega eius uel maiore constantia post eandem cladem uixit gratiaeque ei a senatu et populo actae sunt, quod non desperasset rem publicam. non autem uitae cupiditate, sed rei publicae amore se superfuisse reliquo aetatis suae tempore adprobauit: 20 et barbam capillumque summisit et postea numquam recubans cibum cepit: honoribus quoque, cum ei deferrentur a populo, renuntiauit, dicens felicioribus magistratibus rei publicae opus esse.

7. Sempronius Tuditanus et Cn. Octavius tribuni 25 militum omnibus fuis ad Cannas, cum in minoribus castris circumsederentur, suaserunt commilitonibus, stringerent gladios et per hostium praesidia erumperent secum, id sibi animi esse, etiamsi nemini ad erumpendum audacia fuisset, adfirmantes: de cunctan- 30

4 Claudius *P*  $\bar{C}$ l. *G*  $\bar{C}$ . L. *H* | 6 causaecum *H* causa  $\bar{c}$ ircum ( $\bar{c}$ ir *d*eletum) *G* | 7 esset *G**H* | 11 amisso *h* ammisso *G**H*<sup>1</sup> admisso *P* | 12 equom *G**H*<sup>1</sup> equum *P* equo in *h* | claudi *G* | 14 uulneratus *G* | 17 ei a] ea *H* | 19 se *om.* *H*<sup>1</sup> | 21 nam et barbam *d* | 22 honoribus quoque *G**H**P* honoribusque *d* | 25 cn. *G**H* *c* ante lacunam trium fere litt. *P* | 27 circumsiderentur *h**P* | 30 fuisset *om.* *P* | de cunctantibus *P* decunctantem *G**H* de cunctis autem *Zechmeister* | DC (cunctantibus — peditibus) qui *Eussner*

tibus XII omnino equitibus, L peditibus qui comitari sustinerent repertis, incolumes Canusium peruenerunt.

8. C. Fonteius Crassus in Hispania cum tribus milibus hominum praedatum profectus locoque iniquo  
5 circumuentus ab Hasdrubale, ad primos tantum ordines relato consilio, incipiente nocte, quo tempore minime exspectabatur, per stationes hostium erupit.

9. P. Decius tribunus militum bello Samnitico Cornelio consuli iniquis locis deprehenso ab hostibus  
10 suasit, ut ad occupandum collem qui in propinquo erat modicam manum mitteret, seque ducem his qui mittebantur obtulit: auocatus in diuersum hostis emisit consulem, Decium autem cinxit obseditque. illas quoque angustias nocte eruptione facta cum eluctatus  
15 esset Decius, incolumis cum militibus consuli accessit.

10. Idem fecit sub Atilio Calatino consule, cuius uarie traduntur nomina: alii Laberium, nonnulli Q. Caedicium, plurimi Calpurnium Flammam uocitatum scripserunt. hic cum demissum in eam uallem  
20 uideret exercitum, cuius latera omniaque superiora hostis insederat, depoposcit et accepit a consule trecentos milites, quos hortatus, ut uirtute sua exercitum seruarent, in mediam uallem decucurrit: ad opprimendos eos undique descendit hostis longoque et aspero  
25 proelio retentus occasionem consuli ad extrahendum exercitum dedit.

---

1 .XII. GP .XII. H DC Rubenius ex Liu. 22, 50, 11 | .L. HP uel d | L peditibus om. G | 2 sustinuerant d | 3 exemplum descriptum ex 1, 5, 12 | grassus GH | T. Fonteius legatus in Oud. | 5 ordine H<sup>1</sup> | 8 exemplum descriptum ex 1, 5, 14 | 9 Cornelio Cosso consuli l. l. | consule P | 11 duce H | 12 diuersam H<sup>1</sup> | 14 eluctus H ante corr. frustratus l. l. | 15 comilibus H ante corr. | 16 exemplum descriptum ex 1, 5, 15 | alatilio H | cons. GH consul P | is cuius l. l. | 17 traduntur nomina alii berarum nonnullique caedicum (cedi cum P) GhP traduntur. alii mina//caedicum (una litt. erasa) H<sup>1</sup>, corr. d ex l. l. | 18 Calphurnium P | 20 omnia quae superiora erant hostis d | 21 .ccc. G | 22 quas P | 23 decurrit h | et ad l. l. | 25 ad] et H<sup>1</sup>

11. C. Caesar aduersus Germanos et regem Ariouistum pugnaturus, confu(s) suor(um) animis pro contione dixit nullius se eo die opera nisi decimae legionis usurum: quo adsecutus est, ut et decimani tamquam praecipuae fortitudinis testimonio concitarentur et ceteri pudore, ne penes alios gloria uirtutis esset. 5

12. Lacedaemonius quidam nobilis, Philippo denuntiante multa se prohibitorum, nisi ciuitas sibi traderetur, 'num', inquit, 'et pro patria mori nos prohibebit?' 10

13. Leonidas Lacedaemonius, cum dicerentur Persae sagittarum multitudine nubes esse facturi, fertur dixisse: 'melius in umbra pugnabimus.'

14. C. Aelius praetor urbanus, cum ei ius dicenti picus in capite insedisset et haruspices respondissent dimissa aue hostium uictoriam fore, necata populum Romanum superiorem, at C. Aelium cum familia periturum, non dubitauit necare picum: atque nostro exercitu uincente ipse cum quattuordecim Aeliis ex eadem familia in proelio est occisus. [hunc quidam non C. Caelium, sed Laelium fuisse et Laelios, non Caelios perisse credunt.] 20

15. P. Decius, primo pater, postea filius, in magi-

1 exemplum descriptum ex 1, 11, 3 | 2 confusis suorum d ex l. l. confusior GHP | animi G | 9 multa d multis GHP: an rebus eos exciderunt? cuncta Wachsmuth | multis se non prohibitorum Hartel: sed cf. Cic. Tusc. 5, 14, 42 'Philippo minitante — se omnia quae conarentur prohibitorum' | 10 num inquit] numquid G | 13 propugnabimus d | 14 C. Aelius nos caelius GHP L. Aelius Pighius | ei ius h eius GH<sup>1</sup>P | 15 aruspices P | 16 nacata H<sup>1</sup> nactam h | 17 at C. Aelium nos adcaelum GH at celium P ac caelium d at L. Aelium Pighius | cum familia] familia H<sup>1</sup> | 18 necare picum atque nos de ea (deea G) re pecunia quae GH dare poecuniam. qua P dare picum neci Scr. necare picum itaque Zechmeister | periturum. auem occidit nec dare poenam dubitauit qua occisa nostro d | 19 .XIII. G | aeliis H<sup>1</sup> caeliis GP celiis h | 20 uerba hunc — credunt deleni: cf. praef. § 9 | 21 .c. caelium H claudium caelium G concelium P Aelium Oud | lelium G ladium HP | laelios H lelios GP | caelios H celios GP Aelios Oud. | 23 magistratus P

stratu se pro re publica deuouerunt admissisque in hostem equis adepti uictoriam patriae contulerunt.

16. P. Crassus, cum bellum aduersus Aristonicum in Asia gerens inter Elaeam et Myrinam in hostium  
5 copias incidisset uiuosque abduceretur, exsecratus in consule Romano captiuitatem uirga, qua ad equum erat usus, oculum Thracis, a quo tenebatur, eruit atque ab eo per dolorem concitato transuerberatus dedecus seruitutis, ut uoluerat, effugit.
17. M. Cato Censorii filius in acie decidente equo prolapsus, cum se recollegisset animaduertissetque gladium excidisse uaginae, ueritus ignominiam rediit in hostem exce<ptis>que aliquot uulneribus, recuperato demum gladio, reuersus est ad suos.
18. Petilini a Poenis obsessi parentes et liberos propter inopiam eiecerunt, ipsi coriis madefactis et igne siccatis foliisque arborum et omni genere animalium uitam trahentes undecim menses obsidionem tolerauerunt.
19. Hispani Consabrae obsessi eadem omnia passi sunt nec oppidum Hirtuleio tradiderunt.
20. Casilini obsidente Hannibale tantam inopiam perpassi sunt, ut CC denariis murem uenisse proditum memoriae sit eiusque uenditorem fame perisse, empto-

---

1 missisque *H*<sup>1</sup> | 2 adepti] adepti mortem *d* adempti *Hartel* | 4 assia *G* | Elaeam *Gron.* aeliam *GP* eliam *H* | myrinam *P* Zmyrnam *Val. Max.* 3, 2, 12 | 5 uiuosque *Gh* uiuos *H*<sup>1</sup> uiuosque *P* | adduceretur *GH* | consule] proconsule *Vell.* 2, 4, 1 praetore *Flor.* 2, 20, 4: *cf. p.* 123, 28 | 7 thragis *GP* thragi/// (*s. erasa*) *H* Thraci *edd.* | 8 per] opere *G* | concito *d* | 12 uagina *d* | rediit *d* redit *GHP* | 13 exceptisque *d* ex eoque *GHP*: *cf. Iustin.* 33, 2, 4 | aliquod *GP* | recuperato *P* | 17 igne/// (*s. erasa*) *H* in igne *G* | 20 Hispani Consabrae obsessi nos Hispanicum fabrem sesse se (*fabrenses se se h*) *GH* Hispani cum fabre sense *P* Hispani Consabrenses *Scr.* Hispani Consabrenses fere *Zechmeister* | 22 Casilini *H* Cassilini *GP* Casilinales *Ded.* Casilinum *Oud.* | hanniba *G* | 23 .cc. *G* .cc. *H* centum *P* | denariis *om.* *GH* | uenisse *H* ueniisse *GP*

rem autem uixisse: fidem tamen seruare Romanis perseuerauerunt.

21. Cyzicum cum oppugnaret Mithridates, captiuos eius urbis produxit ostenditque obsessis, arbitratus futurum, ut miseratione suorum compelleret ad deditionem oppidanos: at illi cohortati ad patiendam fortiter mortem captiuos seruare Romanis fidem perseuerauerunt.

22. Segouienses, cum a Viriatho his liberi et coniuges redderentur, praeoptauerunt spectare supplicia pignorum suorum, quam a Romanis deficere.

23. Numantini, ne se dederent, fame mori praefixis foribus domuum suarum maluerunt.

#### VI. DE AFFECTU ET MODERATIONE.

1. Q. Fabius hortante filio, ut locum idoneum paucorum iactura caperet, 'uisne', inquit, 'tu ex illis paucis esse?'

2. Xenophon, cum equo ueheretur et pedites iugum quoddam occupare iussisset, unum ex eis obmurmurantem [quod diceret] <audiens> facile tam laboriosa sedentem imperare, desiluit et gregalem equo inposuit, cursu ipse ad destinatum iugum contendens. cuius facti ruborem cum perpeti miles non posset, iridentibus commilitonibus sponte descendit: Xenophontem uix uniuersi perpulerunt, ut conscenderet

---

3 cum *om. P* | 4 uerba urbis — perseuerauerunt *om. H<sup>1</sup>* | 5 suorum] eorum uel sociorum *d* | 9 Segouienses *d* Ego uinenses *GHP* Segobrigenses *Scr.* | auriatho *H<sup>1</sup>* | his *P* is *GH* | liberis *H<sup>1</sup>* | 10 caederentur *d* | 13 domuum *hP* dominū *H<sup>1</sup>* domū *G*

14 affectu *d* effectu *GHP* | 15 Quintus *GH* Quintius *P* | idoneorum *G* | 18 zephon *H<sup>1</sup>* | 20 quod diceret *glossema esse uidit Oud.*: cf. *praeef. § 13* | audiens *suppleui* | uno ex eis obmurmurante ac dicente *Scr.* unusque ex eis obmurmurando diceret *Oud.* | 21 imperare *om. P* | 22 ipse pedestri ad *d* | 23 rmorem *G* | 24 xenofontem *G* zenophontem *H* | 25 pepulerunt *h*

equum et laborem suum in necessaria duci munera reseruaret.

3. Alexander, cum hieme duceret exercitum, residens ad ignem recognoscere praetereuntis copias coepit; cumque conspexisset quendam prope exanimatum frigore, considerare loco suo iussit dixitque ei: 'si in Persis natus esses, in regia sella resedissem tibi capital foret, in Macedonia nato conceditur.'

4. Diius Augustus Vespasianus, cum quendam adulescentem honeste natum, militiae inhabilem, angustiarum rei familiaris causa deductum ad longiorem ordinem rescisset, censu constituto honesta missione exauctorauit.

#### VII. DE VARIIS CONSILIIS.

1. C. Caesar dicebat idem sibi esse consilium aduersus hostem, quod plerisque medicis contra uitia corporum, fame potius quam ferro superandi.

2. Domitius Corbulo dolabra [id est operibus] hostem uincendum esse dicebat.

3. L. Paulus imperatorem senem moribus dicebat esse oportere, significans moderatiora sequenda consilia.

4. Scipio Africanus fertur dixisse, cum eum parum quidam pugnacem dicerent: 'imperatorem me mater, non bellatorem peperit.'

5. C. Marius Teutono prouocanti eum et postulanti, ut prodiret, respondit, si cupidus mortis esset,

1 equom *G* | 4 pretereuntes *H* | 7 redisse *P* | capitale *d* | 8 conceditur (ce ex te *G*) *GH*<sup>1</sup> | 9 uespasianus *H*<sup>1</sup> | 10 adulescentem *h* | 11 causa *P* causae *Gh* cause *H*<sup>1</sup> | eductum *P* | 12 reiecisset *d*

14 de///// (quattuor litt. erasae) *H* | 15 C. d T. *CHP* Titus *G* | 17 ferre *G* | superandi *d* sperandi *CGHP* | 18 id est operibus *glossema esse uidit Oud.*: cf. *praef.* § 13 | id est *GH*<sup>1</sup> idem *h* idē *P* | 20 senem *om.* *G* | 23 affricanus *G* | quidam parum *d* | 26 teutnon *H*

laqueo posse eum uitam finire: cum deinde <in>staret, gladiatorem contemptae staturae et prope exactae aetatis obiecit ei dixitque, si eum superasset, cum uicatore congressurum.

6. Q. Sertorius, quod experimento didicerat in- 5  
parem se uniuerso Romanorum exercitui, ut barbaros quoque inconsulte pugnam deposcentis doceret, adductis in conspectum duobus equis, eorum praeualido alteri, alteri admodum exili duos admouit iuuenes similiter 10  
electos, robustum et gracilem. ac robustiori imperauit equi exilis uniuersam caudam abrumpere, gracili autem ualentioris per singulos pilos uellere; cumque gracili successisset quod imperatum erat, ualidissimus cum infirmi equi cauda sine effectu luctaretur, 'naturam', inquit Sertorius, 'Romanarum uirium per hoc 15  
uobis exemplum ostendi, milites: insuperabiles sunt uniuersas adgredienti; easdem lacerabit et carpet, qui per partes adtemptauerit.'

7. Valerius Laeuinus consul, cum intra castra sua exploratorem hostium deprehendisset magnamque co- 20  
piarum suarum fiduciam haberet, circumduci eum iussit: terrendi qui<dem> hostis causa exercitus suos uisendos speculatoribus eorum, quotiens uoluissent, patere.

8. Caedi<ci>us primipilaris, qui in Germania post Varianam cladem obsessis nostris pro duce fuit, ueritus, 25  
ne barbari ligna quae congesta erant uallo admo-

---

1 instaret *d* staret *GHP* | 2 gladiatorem *G* | 4 congressurumquae sertorius *GH* | 5 exemplum descriptum ex 1, 10, 1 | quod *om. P* | 7 pugnan- de poscentis *P* | 8 conspectu *H* | alteri *om. G* alter in *H*<sup>1</sup> | 9 admouit *ex* admocit *H* | 10 electos] adfectos *l. l.* | gracilem *H*<sup>1</sup> | robustior *G* | 12 uellere (*sed ell in ras. h*) *H* | cumque *om. H*<sup>1</sup> | 14 infirmis *GH* infirmioris *Hartel* | 15 Romanorum *H* | 16 ostendit *GH* | 17 uniuersos *P* | eosdem *P* | laceranit *GH* | 19 Leuinus *P* Laeuininus *GH* | 20 deprehendisset *G* deprendisset *HP* | 22 terrendi quidem *Hartel* terrendique *GHP* | adiecit *post* causa *add. d* | 23 quotiens *hP* quoties *GH*<sup>1</sup> | 24 Caedicius *Oud. ex Vell. 2, 120, 4* Caedius *GHP* | 25 uarianam *d* ualerianam *GHP* | 26 aduouerent *H*<sup>1</sup> aduoluerent *h*

uerent et castra eius incenderent, simulata lignorum inopia, missis undique qui ea furarentur effecit, ut Germani uniuersos truncos amolirentur.

9. Cn. Scipio bello nauali amphoras pice et taeda  
5 plenas in hostium classem iaculatus est, quarum iacutus et pondere foret noxius et diffundendo, quae continuerant, alimentum praestaret incendio.

10. Hannibal regi Antiocho monstrauit, ut in hostium classem uascula iacularetur uiperis plena, quarum metu perterriti milites a dimicatione et nauticis ministeriis inpedirentur.

[11. Idem fecit iam cedente classe sua Prusias.]

12. M. Porcius Cato, in classem hostium cum transiluisset, deturbatis ex ea Poenis eorumque armis et  
15 insignibus inter suos distributis multas naues hostium, quos sociali habitu fefellerat, mersit.

13. Athenienses, cum subinde a Lacedaemoniis infestarentur, diebus festis, quos sacros Mineruae extra urbem celebrabant, omnem quidem colentium imitationem expresserunt, armis tamen et ueste celatis:  
20 peracto ritu suo non statim Athenas reuersi, sed protinus inde raptim acto Lacedaemonem uersus agmine eo tempore, quo minime timebantur, agrum hostium, quibus subinde praedae fuerant, ultro depopulati sunt.

25 14. Cassius onerarias naues, non magni ad alia usus, accensas opportuno uento in classem hostium misit et incendio eam consumpsit.

15. M. Liuius fuso Hasdrubale hortantibus eum quibusdam, ut hostem ad internicionem persequeretur,

---

